



LIBRERIA
NAZIONALE
8
27 — B
13
ROMA
VITT. EMANUELE

M

OS. 11. 11. 50











TITLE PAGE
EVONY 651

FIELD NO. OF THE
MOUNTAIN...

...

...

...

...


...

...

...

...

...



THESAVRVS
EVONYMI
PHILIATRI DE RE,
MEDIIS SECRETIS, LIBER
PHYSICVS, MEDICVS, ET
partim etiam Chymicus, & œconomi-
cus in uinorum diuersi saporis appa-
tu, medicis & pharmacopolis om-
nibus præcipuè necessarius,
nunc primum in lu-
cem editus.

Argumentum copiosius sequens
pagella continet.

TIGVRI PER ANDREAM

Gesnerum F. Anno Domini

M. D. LIIII.

Ex libris Antonij Santini



ARGUMENTVM.

DE remedijs secretis hunc librum
inscribere placuit, quòd de illis
medicamentis doceat, quæ nõ integra
& in substantia sumuntur aut applican-
tur, sed puriore sui parte, hoc est liquo-
ribus, aquis, oleis aut succis secretis si-
ue abstractis per destillationem aut ali-
os modos artificiosos. Deinde etiam
quod secreta, arcana, & paucissimis ha-
ctenus cognita remedia, quæ empirici
quidam tanquam mysteria occulta-
bant, contineat quàm plurima. Non
solum autem de medicamentis istis sin-
gulatim & empiricè tractat, sed logicè
etiam ac methodicè, hoc est de præpa-
rationibus et compositionibus eorum
in genere. Hæc lucubratio nostra si ap-
probata fuerit uiris bonis & eruditis,
meditabimur etiam alterius libri ædi-
tionem de experimentis & raris qui-
busdã remedijs, quæ integra uel in sub-
stantia sua usurpantur.

CLA-

3

CLARISSIMO VIRO
D. NICOLAO ZERCHIN-
tæ Bernensi, Euonymus Phil-
iatros S. D. P.



*H*UNC de secretis remedijs siue li-
brum siue centonem, quem par-
tim ex libris diuersis, excusis,
manuscriptis, Latinis, Germani-
cis, Gallicis & Italicis, collegi, transtuli, in or-
dinem digessi: partim ex obseruationibus pro-
prijs confeci, tuo imprimis nomini, clarissime
Nicolae, inscribere volui: quoniam & in bo-
nis literis te excellere: nec earum cultum per
magistratus honorem, quem in clarissima Rei
pub. Bernensis ditione Sabaudica gessisti, tibi
imminutum esse, & bonos studiososq; homi-
nes summa humanitate ac beneuolentia te di-
gnari: & de hac praecipue rei medicae parte,
qua circa stillatitios plantarum liquores ver-
satur, iudicium ferre posse, iandudum cognoui.
A quo tempore etsi nulla familiaritas propter
locorum interualla tecum intercedere mihi po-

tuit, semper tamen non solum maximi te feci,
 sed etiam amavi summopere, ita vt sæpe huius
 animi, quo erga te afficior declarandi, occasio
 nem quaesuerim. Quod si id in presentia com-
 modè facio, est quod gaudeam & gratuler mi-
 hi. sin minus, tu tamen voluntatem nostram
 boni consules: & quicquid pro iudicio tuo &
 experientia, quibus plurimum potes tum alijs
 tum his in rebus, emendandum aut quouis mo-
 do mutandum deprehenderis, admonebis me,
 si me amas, quàm liberrime: si quid etiam his
 nostris adycere de tuo poteris, quod non dubi-
 to, id quoq; candidè, ingenuè, ac liberaliter vt
 facias, per illum quo te prosequor amorem, et
 publicam rei medicæ studiorum vtili-
 tatem, etiam atq; etiam te oro.

Vale quam fœli-
 cissime.

AD LECTOREM

præfatio.

1. De liquorum & oleorum stillatitiorum inuentione.
2. De scopo huius libri. De quo plura etiam dicuntur circa finem præfationis.
3. Laus eorum qui quæ optima & efficacissima habent remedia, cõmunia esse uolunt.
4. Quantum in omni re apparatus referat.



Hymistica ars (quam chymiam, alchymiam, alkimiã, chemiam ut Suidas, & alchemiam uocãt) multa humanæ uitæ utilia inuenit, & in re medica quoq; mira quædam & laude digna, si quis rectè & diligenter paret. nã medicorum & pharmacopolarum uulgarium, imperitia, auaritia, aut negligentia factum est, ut pleræque huiusmodi præparaciones contempnantur: & meri

tò quidem si ea respicias quæ ipsi parât: immeritò, si artem ipsam, quæ certè & pulcherrima & utilissîma est: id quod in causa mihi esse uidetur cur tam diu latuerit, & serò admodum usurpari cœperit. Sunt qui ad Hieronymum Brunsvicensem, qui ante annos circiter septuaginta medicinam Argentorati factitavit, aquas, ut uocant, & liquores & olea è medicamentis simplicibus uignis eliciendi originem referant: sed illi multum falluntur. non enim ab illo inuenta hæc ars est, sed lingua nostra Germanica conscripta & euulgata primum. Meo quidem iudicio tam uetus hoc inuentû est, quàm ipsius chymia, quàm ab hominibus Punica siue Arabica lingua usis primum celebratam & literis proditam existimo, paulò post Græcorum medicorum ætatem, illorû dico qui ultimi ferè scripserûnt, ut sunt Aetius, Oribasius, Actuarius, Psellus. In Italia quibusdam bibliothecis hodieq; extant Græcorum quorundam
recen-

recentiorum de chymia scripta, & nominatim Stephani cuiusdam philosophi: item liber inscriptus de mutatione metallorum, quæ uulgò chymia dicuntur, siue arcymia. Auicennæ etiam de alchymia ad Assem philosophum liber habetur. Geber nepos nescio cuius magni Mahumetis, qui ueluti dux & princeps huius scientiæ celebratur, qua uixerit ætate non facile dixerim. Quanquam non illum primum huius artis inuentorem, sed illustratorem fuisse existimo. Hic in opere quod summæ perfectionis inscribitur, de destillatione in genere multa pulchrè differens uarios destillandi modos ferè omnibus notos esse scribit, nimirum ut uetus quoddam suo etiam seculo, non recens quoddam inuentum. Recentiores quidam non solum Alberti Magni, & diui Thomæ, & Rhazæ ac Auicennæ medicorum Arabum, sed etiam Aristotelis, Platonis & Salomonis de alchymia scripta, aut certè mentionem

eius ab ipsis factam, referunt. quibus ego parum adhibeo fidei, nō quod hoc studium recentius putē, sed certe philosophis istis aut ignotū aut nusquam memoratum. Sunt qui omnia poetarū figmenta, & præcipue illud de uellere aureo ab Argonautis quæsito, ad chrysopeiā seu artem de mutatione metallorum argutè interpretentur. Alij etiā altius ascendunt, & primos statim à cōdito mundo homines eius authores faciunt. Sunt qui simpliciter antiquissimam faciāt, de quibus primis inuentoribus nihil certum haberi asserant. Patauij in Italia nostro seculo repertum est monumentum uetustissimum, nempe urna fictilis, cum inscriptione huius hexastichi:

*Plutoni sacrum munus ne attingite fures,
 Ignotum est vobis hoc quod in vrna latet.
 Nanq̃ elementa graui clausit digesta labore
 Vase sub hoc modico Maximus Olibius.
 Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
 Ne pretium tanti depercat laticis.*

Intra

Intra hanc urnam erat altera urnula cū inscriptione horum uersuum :

Abite hinc pessimi fures.

Vos quid uoltis cū uostri oculis emissitüs ?

*Abite hinc uostro cū Mercurio petasato ca-
duceatoq̄.*

*Maxumus maxumo donum Plotoni hoc sa-
crum facit.*

Rursus intra hanc urnulam reperta est lucerna adhuc ardens intra duas ampullas, alteram ex auro, alteram ex argento, purissimo liquore quodam plenæ, cuius uirtute creditur per multos annos lucernam hanc arsisse, ut annotarunt in suis Antiquarum inscriptionum collectaneis Petrus Apianus & Bartolemæus Amantius. Meminit huius rei Hermolaus Barbarus etiam in corollario in Dioscoridem, ubi de aquis in commune agit. Est & coelestis aqua, inquit, siue potius diuina, chymistarum, quam & Democritus, & Mercurius Trismegistus nouère, modo diuinam aquam, modo Scythicum lati-

cem appellantes, modo pneuma, hoc est spiritum ex ætheris natura & essentia rerum quinta: unde aurum poculentum, & iactatus ille nec dum inuentus philosophorum lapis & fabulum constet. Hinc & arti datum nomen, psammurgicen, & mysticen, & ammophysiam, & sacram & maximam uocando, ceu literas quasdam seclusas habeat, & à quibus profanum uulgus arceri conueniat. Hoc genus laticis, ut arbitror, significat epigrāma nuperrimè in agro Patauino iuxta oppidulum Atestæ inuentum opere lateritio ac proinde fragili, per imprudentiamq; manus rusticæ proscindenti ibi terram, corrupto: Cuius memoria ne pereat, uerba prætexuimus: Plutoni sacrum munus. &c. ut supra. Itaque antiquissimum huius artis apud Barbaros studium fuisse constat, ad Romanos uerò & Græcos derivatum tardius, nec prius forte quàm Romani magnæ orbis parti imperitarent: aut si prius, latuisse tamen & intra paucif-

paucissimos se continuisse. Cicendula quæ noctu lucent, inquit Cardanus, docent nos liquorem fieri posse qui reluceat in tenebris. fit autem putrescentibus his, quæ candorem, lucem ac perspicuitatem summam habent. fieri posse non dubito, è quibus & quomodo, adhuc mihi incertum est. Sed hæc ferè extra scopum, nisi omnino sublimandi destillandiq; ut loquuntur, ratio, à chymistis profecta, & simul cum ea semper durasse uideretur, nostris uerò hominibus tum primum aperta, cum orbe per imperium Romanorum patefacto, aromata quoq; multa & remedia diuersa Europæ prius Græcisq; & Latinis incognita, importari cœperunt: & postea etiam amplius cum Mauritanis & Arabicæ linguæ doctrinæq; homines magnam Hispaniæ partem tenuerunt, unde eruditorum aliquot libri ad nos per uenerunt: & inter postremos, ut puto, Bulcasis Benaberazerin cuiusdam, qui ubi de præparationibus medicamen-

tōrum agit, de nonnullis quoq; subli-
 mandis destillandisq; docet. Eiusdem
 feré ætate Ioan. Mesuen claruisse puto,
 quem legimus uixisse circa annum Do-
 mini 1158. is tamen non alias destilla-
 tas aquas quam rosarum & absinthij
 commemorat. Auicennam floruisse
 aiunt anno Domini 1149. qui & ipse ro-
 faceæ aquæ destillatæ meminit. Longe
 antiquior, saltem quod ad authorum
 traditionem, metallicorum sublimato-
 rum usus est, & oleorum quæ per de-
 scensum fiunt, ut apud Rasim & Aetiū.
 Græcis recentioribus liquores huius-
 modi stillatitios non ignotos fuisse nu-
 per quidam scripsit, cuius nomini par-
 co, hoc argumento quòd in Actuarij
 scriptis aliquoties stillatitij liquores
 nominentur. Et sanè nominat ille alicu-
 bi rhodostagma, ut in zulapio contra-
 tussim: & paulò post in alio zulapio in-
 tybostagma. Sed his uocibus non aliud
 quàm simplex de rosis aut intybo siru-
 pus significatur. Rhodostactum descri-
 bit

bit Aegineta libro 7. cap. 15. his uerbis, Rosarum, quib. ungues sunt adempti, succi sextarios duos, mellis sextarium, incoquito despumans quoad quarta pars fuerit absumpta. Quin & paulo ante hydrorosatam, id est aquam rosatam describit, illam quoq; à stillatio liquore siue aqua destillata longè diuersam. constat enim rosarum unguibus exemptis libris quatuor: aquæ sextarijs quinq;, mellis sextarijs duobus. Arabes etiam uel eorum interpretes cum plantæ alicuius aquam dicunt, eius in aqua decoctum intelligunt: & similiter Nicolaus Myrepsus qui compositiones medicamentorum Græcè scripsit, quem recentissimum esse ex barbaris quibus frequentissime utitur dictionibus apparet, in quo illud miror, nullam ab eo aquarum oleorumue chymisticis instrumentis paratorum mentionem fieri. Capnistum tantum oleum, quod per descensum destillatur, describit, ut Aetius quoque. Porro

ea quæ chymistæ faciunt, duobus fermè generibus summis comprehenderim, ut aut liquores sint, aut solida. liquores rursus aut aquei aut oleosi: & hi uel aëri uel ignei. Solida uerò, aut quæ in uasorum fundo remanent: aut quæ sursum efferuntur: id quod dupliciter, uel tãquam pura corpora, ut quæ sublimata uocantur, argentum uiuum, arsenicum, &c. uel fuligo ad oculorum remedia apud medicos. Sunt & alij quidã artificiosi præparationis modi, quibus quod in medicamentis purissimũ efficacissimum quod inest extrahitur, & ueluti forma à materia separatur.

¶ Et quanquã ego nec in chymisticis neque cæteris apparatus uersatus sim, sed obiter quædam tum ipse experiendo pauca, tum ex amicis cognouerim: tamẽ quicquid & quantulumcũque hoc est, rei medicæ studiosis communicabo: non ut perfectè accurateque artem ipsam destillandi & alia præparandi tradam, sed tanquam ijs scribens
qui

qui iam prius non prorsus rudes & imperiti harum rerū sint, quod uel ipsi periculū fecerint, uel aliorū scripta legerint. Nihil enim tam egregiū aut secretum habeo, quod non cupiā in publicā & cōmunem utilitatē prodire, & quamquā in tenui fortuna semper natura ad comunicādum pronus fui, quod alij ad simplicitatē, alij melius ad liberalitatem ingenij referunt. Sunt qui sua omnino cælent, diuersi quidē generis homines. ambitione quidam, ut habeant quo præ cæteris excellant. alij etiam auaritia, ut lucrum faciant. alij per ignorantiam ueterū scriptorū, quasi nō aut eadē aut meliora multò à ueterib. prodita sint, quæ nūc plerisq; negliguntur, & noua semper acquirendi stulta & infatiabilis libido est. Nō desunt qui magna & efficacia remedia ideo abscondenda putent, ne homines imperiti, ut multi sunt empirici omnis ferè rationis & omnium studiorum expertes, ijs abuti, & quæ ad salutē inuenta sunt ea

in hominum perniciem cōuertere possint. His ego dixerim malum quidem minimè faciendum quicquam ut aliquid boni sequatur: bonum uerò non ideo non faciendum, ne quid sequatur mali. Nam qui rebus & inuentis bonis abutantur, deerunt nunquam. At uiri boni, simpliciter quæ bona habent cōmunia facient, non ideo omissuri quòd metuant improbos quosdam per eadem nocere posse. Sed relinquo hanc disputationem. hoc candidè & ex animo testor, cupere me exēplo meo doctos & bonos medicos excitare, ut depositis ambitione, auaritia, inscitia, inuidia, si quid præclarum ad professionem nostrā adferre possunt, id ut similiter candidè publiceque præstent. Indocti certe non magnis tantum istis & efficacibus medicamentis, qualia hic prodemus nonnulla, sed cibis etiam & potibus communissimis, intempestiuè exhibitis hominum uitam sepe ad morbos mortemque compellunt, & notum est

est Hippocratem nostram ptisanam in tempestiuè exhibitam, mortis causam fuisse pleurítico cuidam scripsisse. Isti igitur partim inscitiae, partim improbitati suæ relinquendi sunt: ij uerò qui medicorum opera indigent admonendi, idem in medicina ut faciãt, quod in omnibus alijs artibus omnes solent: hoc est medicos ut eligant bonos & eruditos, quiq; hanc artem ex professo tum rationibus ceu philosophiæ partem, tum actu ipso medendi colant exercentq;. Sed redeo ad institutum. Apparatus igitur, inquam, maximam in omni re uim habet. In oratione elocutio, actio & pronuntiatio, magis ferè mouent audientium animos quàm ipsum quod tractatur argumentum. hinc est quòd numeris & metris inclusa, tanto opere delectant: quæ si oratione soluta efferas, frigida, supina & inertia habebuntur. Hinc est quòd quidam in oratore quid primum esset interrogatus, pronuntiatio respondit. quid secun-

dum, quid tertium, idem. Spectacula et dramata quod ad eò afficiunt auditores & spectatores, multis modis forme eorum et apparatus potius quàm argumento debetur. Sic in ipsis rebus, & operibus, tum naturæ tum artium, forma, figura, modus, in summa apparatus quidam, magis quàm materia spectatur aut laudatur. Similiter in re medica maximè rectè præparandi ars & còmodè administrandi solertia momentum habent: neque plus refert quid exhibeas, quàm quo modo. Et licet plures sint circumstantiæ ut rectè exhibeas medicamentum consideranda, modus tamen & apparatus intra medicamentum est, eiusque ueluti forma aut pars: reliqua uerò extra ipsum, ut tempus, locus, & quæ circa ægrum considerantur. Sed alijs apparatus præparandi que modis nos in præsentia omisis, illos tantum attingemus, per quos à medicamentorum substantia uirtus & facultas omnis separatur, ita ut liquidior tantum, purior & subtilior

subtilior cuiusq; remedij pars secreta & abstracta à crassa & terrestri habeatur, siue ea in liquorem ab eodem remedio abstractum colligatur, siue in alium quendam externum, &c. quod ex uirtuare & excorporare barbarus scriptor Arnoldus appellat. Iam si quæ curiosius aut operosius scripta uidebuntur, cogitandum est ea non ad medicos uulgi, & pauperum pertinere: sed ad illos qui diuitijs & otio magis affluunt, & ministris abundant, qui uel in principum regumq; aulis uersantur: aut etiam ad philosophos, qui mirabiles rerum naturæ mutationes ac uires rimantur, & in ijs se oblectant. Postremò non est quod quis miretur medicamentis quibusdam magna & prolixa eulogia addi, ut quintis essentijs quas uocant, aquis uite, & balsamis factitijs, & quibusdam facultates ualde mirabiles attribui, quales sunt, ingenium & memoriam acui, sensus & iuuen-

tutem conseruari, &c. quando huiusmodi effectus apud ueteres etiam Græcos Latinosq; theriacæ & alijs antidotis & compositionibus, præcipuè quidem apud Arabes diuersis, sed à Galeno etiam theriacæ adscriptos legimus. Sunt quæ nolim defendere, & quorum fidem apud authores relinquo, quorū nomina adscribo ubiq;. Sed iam prius dictum est hæc omnia à nobis pro hominibus eruditis scribi, qui plærunque quantum cuiq; fidei sit habendum facilius iudicabunt. Etsi in plurimis eruditione & iudicio ualere non satis sit, nisi etiam experientia accesserit. Sed desino præfari.

AV-

AVTHORES IN HOC

libro citati.

Aegidij cuiusdam libellus de nouem
aut decem liquoribus destillatis, in
quo reperio multa quæ etiam in Rai-
mûdi Lulli de aquis libello habêtur.

Aetius Amidenus.

Albertus Magnus.

Alexander Benedictus.

Andræ Furnerij libellus Gallicus de
decoratione humanæ naturæ.

Antonius Guainerius.

Arnoldus de Villa noua. Auicenna.

Bartol. Montagnana.

Bulcasis, quidam Albucasin uocant.

Brudus Lusitanus. Dioscorides.

Epiphaniij Empirici medici in Græcia
peregrinati, quæ adolescens cogno-
ui, remediorum liber manuscriptus.

Geber Chymista.

Gualtheri Ryffii de destillationibus li-
ber Germanicus.

Hermolaus Barbarus.

Hieronimus Brunsvicensis, qui de

B 3



aquis destillatis primus Germanicè
scripsit.

Hieronymus Cardanus.

Iac. Hollerius de materia chirurgica.

Iac. Syluij Commentarij in Mesuen, &
libri de simplicibus medic, præparã-
dis & componendis.

Io. Almenar de morbo Gallico.

Io. Bracefcus.

Io. Ganiuettus.

Io. de Rupe sciffa, uide in Raim. Lullo.

Ioannis Gœuroti liber Gallicus.

Io. Manardus. Io. Mesue.

Io. Tagautij Metaphrasis in Chirurgiã
Guidonis de Cauliaco.

Ioannis de Vigo Chirurgia.

Marianus Sanctus Chirurgus.

Monachorú Commentarij in Mesuen.

Nicander.

Nicolaus Massa de morbo Gall.

Nicolaus Myrepsus.

Petri Andreae Matthæoli Senensis liber
de morbo Gallico, & Commentarij
Italici in Dioscoridem.

Petrus

Petrus Aponensis.

Phil. Vlstadij Cœlum philosophorum.
 Raimūdi Lulli liber optimus & doctif-
 simus de quinta essentia, qui Argéto
 rati olim edit⁹ est & nup̄ Norimber-
 gæ, sed in multis differens. Mihi exé-
 plaria duo manuscripta sunt, & alia
 duo apud amicum uidi, quæ omnia
 & inter se & ab impressis differunt,
 Vidi & Ioannis de Rupe scissa libel-
 lū de quinta essentia ferè per omnia
 ad uerbum eundem, ut Lullus ab eo
 trāscripsisse uideat̄, aut Lullo aliquis
 falso tribuisse, si modo is ante Lullū
 scripsit, ut in Io. Bracesci dialogo le-
 gim⁹. Symphorianus Cāperius tamē
 Lullū siue Lulliū claruisse anno Chri-
 sti 1311. annotauit: Ioannem uerò de
 Rupe scissa anno 1340. Trittemius.
 Eiusdem Lulli libellus de aquis, uide su-
 prain Aegidio.

Rafis.

Remaclus F. Lymburgensis, qui scri-
 psit de aquis destillatis illis quæ in

communi usu sunt.

Rogeriùs Bacho de uiribus aquæ uitæ
per 12. signa, quem librum aliqui nõ
rectè Arnolde de Villa noua tri-
buunt.

Serapio.

Et alij quidam tum excusi, tum manu-
scripti in diuersis linguis, quorù ali-
qui nullum authoris nomen expres-
sum habent.

Scripsit & Adamus Lonicerus nuper
de destillandi arte quædam Latinè,
ita puto ut Brunsvicensis & Ryffij
scripta breuius comprehenderet.

DE

DE DESTILLATIONE

eiusq; differentijs in genere.



DESTILLATIO (ut doctiores scribunt, non distillatio) est humoris è succo tenuioris extractio ui caloris, Syluius. Destillatio per ascensum dicitur, ubi uapores sursum elati, ibi concreti in aquam destillant, Idem. Humida corpori (sic enim uocant latus uas, à quo uapor tollitur) imposita, ui caloris tenuantur in uaporem, qui capitelli uel alterius frigiditate coactus in aquã, alueolo in marginem capitelli inserto ferè excipitur, mox per nasum (sic enim etiã uulgò uocant capitelli partem, naso nostro figura & usu finitimam) in subiectum uas (receptorium & matellam dicunt) aliquod destillat, Syluius. Similia quædam natura fecit, tum in meteoris præsertim humidis, tum in hominis et aliorum quorundam animalium catarrhis à capite

ad subiectas partes. Planta ergo aut corpore alio ad destillandum composito, pars eius quæ tenuari est aptior, (quæ scilicet natura tenuior, leuior, rarior, liquidior, superficialia magis,) illa primum vi caloris tenuata tollitur: postea alia illi natura propinqua: postremò id quod ceu humidum rei substantificum terreas partes glutinans, pingue & oleaginum vi ignis ualidiorre separatur, integrumque tollitur: quo omnino extracto, uelut cinifactum corpus & dissolutum cernitur. A planta igitur omni & animali ex omnibus utriusque partibus aqueum aliquid crudum, ac uelut pituitosum excrementumque primò extrahitur, mox coctius & tenuatù magis, postremò oleaginù: quod etiã ex ossibus ipsis extrahitur, non modò ex alijs partibus solidis: nisi quòd quædam essentia tenuioris, uires propè uniuersas remittunt primas. Porro hæc omnis humorù extractio calore perficitur. Nã quæ per liciù, penicillum
(filtrum

(filtrum uocant) arenas, uas figulinum crudū, cissybium, id est uas hederaceū. (Plinius puto de ligno hederæ scribit, quòd aquamuino mixtā transmittat, & ego olim experiendo uerum deprehendi) fit humoris transmissio, destillatio non fuerit, nisi abusuè loquentibus.

Calore enim propriè dicta destillatio perficitur, & eo uel à Sole, uel ab igni, uel à putredine. A Sole flores magna quorundā industria aquā reddunt, floribus ipsis odore & gratis qualitatibus alijs proximam. Ab igni autem, id est à flamma, quæ ex aëre & aëreis corporibus producitur, uel à carbone ignito, qui fit ex terra uel terreis corporibus accensis, destillatio fit uel nullius alterius interuentu, uel medijs aquis feruentibus. uel etiam ab his uapore, cineribus, arenis tenuibus, scoria læuigata.

Flāma præterea ipsa, uti et carbo, nō parū uariat, nō solū maioris & minoris ratione, sed etiā lignorū uel putriū, uel graueolentiū, uel beneolentiū, & integrorū

uel uiridium, uel siccorú. Adde quod
 clibani magnitudo, & figura, & conne
 xio, magnam uim habet caloris mutan
 di. Præter hæc carbo ex suffocatis & se
 miuſtis lignis graueolentiã & qualita
 tem quandam alienam rebus deſtillan
 dis, ut coquendis & aliter præparandis
 imprimit. Sint igitur carbones omni
 no accenſi & ſemiuſti, ut ex eis maligni
 tas antè expirauerit, quàm his res de
 ſtillãda cõmittatur, præfertim ſi in cor
 pus eſt recipienda. nã foris admouen
 dorú ratio minus habenda eſt, Hæc o
 mnia Sylius. Elementa quator per
 deſtillationem uini ordine aſcendunt,
 leuius, tenuius & calidius primũ, nem
 pe ignis, ſecundo loco aër, tertio aqua,
 terra in fundo remanet, & ſimiliter pu
 to in deſtillatione aceti. In craſſis uerò
 & terreſtribus, ac ijs etiã liquidis quæ
 præter aquoſas partes, habent craſſas
 aliquas & quæ denſari poſſint, ut la
 chrymis, ſuccis, gummis, reſinis, & in
 melle etiam, quod aquoſius eſt primo
 effertur,

effertur, quod aereū secundo, quod igneum postremo, terreæ partes in fundo manent, & si maior sit ignis aduruntur. in metallicis uerò eadem in uaporem resolutæ, & alembico adhærentes concrefcunt, colore in albū mutato, ut argentū uiuum, arsenicum, halinitrum, & c.

Ignis attenuat (inquit Cardanus) uel cōminuendo sicca, ut cū arenā in puluerem redigit: aut colliquando, ut metallica: aut tenues partes separando, ut in destillationibus. Contingit tamen in destillationibus aliquid attenuari ac alteri misceri, cum à calido humido non ab igne fiunt. Calor enim miscet, & cum humido attenuat. (Cōtra forté, Calor enim attenuat, & cū humido miscet.) Fit autem hoc uasis in aquam feruentem immisis, uocantq̃ Mariæ balneū. Proximum bonitate destillationis genus huic in equino fimo, inde quod per cineres, præstantissimū in oliuarum recrementis postquam oleū detractū

est. nam cum calida sit ac humida substantia, per multos menses calorem seruare potest, atq; eò longiore temporis spatio quàm uuarum acini, quò oliuarum substantia densior est ac pinguior. At nullū horū metalla liquare potest: sed illa igne indigent. Sed ut ardentissima destillatio fit per ignes, ita mixtioni ac ueræ attenuationi inepta, cui fermè similis est quæ fit per cineres. Nam si igne destillata fecibus suis miscueris, fiet totum pro molis ratione grauius quàm antea: tum etiam siccius. Non igitur uerè attenuat ignis, sed natura ipsa quæ totam substantiam concoquit ac miscet. Vnde ob subtilitatem omnia in unum conueniunt, mixtumq; densius fit, & tamen ex subtilissimis compositum partibus. Ergo in naturali coctione, ut quæ in liquādo durissima, etiam uim ignis obtineat, & mollis balnei in attenuādo, partes crassiores cōminuuntur, quod ab igne impetrari nō potest.

Calor primi gradus, qui téperatus est

ut

ut fimi equini, balnei Mariæ, uocatur calor digestionis, resolutionis, putrefactionis seu macerationis & circulationis: de quibus suo loco plura dicemus.

De modis destillandi diuersis per sublimationem, cum aqua & sine aqua, uide infra in Rosacea aqua ex Bulcasi.

De destillatione in genere quædam scripsit Geber Arabs Summæ perfectionis l. 4. 50. ubi multa pulchrè differit, præsertim de differentia & diuersis effectibus destillationis per aquam & per cineres. Ibidem capite 39. de sublimatione docet, cur sit inuenta, & deinceps capite quadragesimo, quid sit sublimatio, & de tribus gradibus ignis in ea obseruandis. & capite 41. de moderando igne in sublimatione, & quomodo eius rei ratio intelligatur lana xylina in superius foramen aludelis immissa. De lignis eligendis, cap. 43.

Quæ destillanda imponuntur in rosario

uulgaria, in ijs præstat non multa simul imponere ne inferiora arida & adusta relinquuntur, supremis adhuc ferè integris. Et præcipuè si quæ odorata & pretiosa destilles, fatius fuerit sæpius recentia imponere, sic & uberior aqua fluat; Brunsvicensis.

Herbæ destillandæ, flores aliq̃ ex plantis, in ipsa maturitate colligi debent. præcipuè uerò crescente luna, cœlo sereno, & per diem in umbra relinquere, concidi: & etiam si opus uideatur; contundi, & ita mox destillari, Idem.

*DE VIRTVS LIQVORVM
destillatorum in genere.*

CVm animaduertentem (inquit Mar-
nardus in epistolis 15. 15.) in uulgaribus aquis quæ per ignem à plantis extrahuntur, neq̃ odorem, neq̃ saporem eundem seruari, sed plerunq̃ contrarium. (Aquam enim absinthij dulcem, à mentha & ocimo mali potius quàm
boni

boni odoris exire uidebam: quod certam mihi fidem faciebat, quòd non eisdem uiribus aqua sola, quibus tota herba polleret:) cœpi anxie cogitare, consultis etiam his qui ab huiuscemodi fusionibus chymici uulgò dicuntur, quònam ingenio ualeret idem odor & sapor in aquis hisce custodiri, qui in tota planta reperiretur. Longũ autem esset scribere modos omnes, quos ad hæc consequenda attentauerim: Sed unum tantum attingam qui melior & facilior mihi uisus est. Fit autem per uaporẽ aquæ calidæ in duplici uase, &c.

Destillata uires simplicium à quibus separantur retinent: nisi quòd tenuiora & ualentiora fiunt, quò frequentius destillantur: quod in aqua uini ferè experimur, rarò in alijs, Syluius.

Liquoris qui destillatur uires quidã alterant uel illito capitello aliqua materia, ut melle, ladano, alijs: uel ea naso imposita, quod ferè fit ad odoris gratiam. moschum enim, caryophyllos, ca-

phuram, id genus alia, nodulo ligata summo naso impingunt, ut per has materias transmissus liquor odoris suauitatem contrahat, Idem.

Dubitatio. Si ignis cuncta calefacit siccatq̄, omnes aquæ quæ destillatione habentur, calidæ ac siccæ esse deberent. Nec repugnat substãtia, q̄ aquea sit. talis enim cū sit aqua ardens, & uritur, & corpora humana egregiè excalefacit ac siccat. Rursus aquæ omnes frigidæ sunt ac humide, uincente substãtia. At neutrū semper uerum est: Imò aliquæ ex his similiores sunt his à quib. excipiuntur, ut rosacea, odore, sapore, uiribus. Vrcus aque plantaginis fluentē unde quaq̄ sanguinem sistere potest. Non idē facit lactucæ aqua, etsi sit frigidior. Quidã nuper dū memoriam augere niteretur melissam triduo albo uinō infudit, inde leuiter expresso uino aquā destillãdo collegit, cuius potu memoriam recuperare uisus est. sed cū calidi esset iecoris, bonã ualetudinem penè

penè funditus euertit. Atqui hic mos est à philosophis uocatus, stellas cælo infigere.

Quæriigit̃ solet an aquæ hæ proprias uires retineât. Diximus olim dū de malo medēdi usu loqueremur, nullas esse uires, q̃ odore & sapore destituantur. Absinthij enim aqua nec absinthiū redolet, nec amara est: imô quod mirum est, subdulcis. Ardēs tamen aqua (ut rosa faceã prætereã) fidē facit inesse uim aquis. Nã si talē ob ignē esse dicas, quid est q̃ nulla aliarū talis sit? Nã hæc egregiè calefacit, siccat, penetrat, ac uti olet ardet. Ita q̃ uires aquis iam inesse certū est, sed nec omnibus, nec æquas. Quæcunq̃ enim res tenuem substantiam habent frigidæ q̃ iunctã, aquam emittunt sibi non absimilē, ut rosa. Quæ uerò tenuem & calidã, similem sed urentem emittunt, ut uinum & metallicorū quædam. Quæ crassam & calidam, dissimilem & prauam, ut absinthium. Quæ crassam ac frigidam, dissimilem, sed nō

prauam, ut cucurbitæ. Iuxta hanc rationem uires aquarum, quæ leui excipiuntur igne, facile perdisces. Nam quæ uehementi igne indigent, omnes siccant uehementer, plerunq; etiam excalefaciunt, Hæc Cardanus.

Sed diligentius hæc mihi consideranda uidentur. Primum enim quod absinthij aqua amaram esse negat, uerum est si ut uulgus pharmacopolarum solet, negligenter & in alembicis plumbeis destilletur. In balneo Mariæ destillato, odorem saporemq; deesse non puto. Vtrumq; efficacissimè obtinebit, et hæc & quæuis alia planta odore saporeq; aliquo prædita, si arida prius per dies paucos uino maceretur, deinde in balneo Mariæ, aut per cineres leniter destilletur, ut infra docebo amplius. Iam cum quædam odoris sui magna abundant copia, eaq; tam efficaci, ut longo tempore non expiret, nimirum quoniam uis illa odoris in tota earum substantiam ex æquo digesta est, nihil mirum in iisdem

dem uasis aquas alias similiores destillari suis plantis, ut rosarum, quas suum odorem diutissime seruare Theophrastus etiã scripsit : alias uerò dissimiles. quarum enim uis in superficie est, illæ facile exhalant, ut absinthij, cuius odorem eodem in loco existimandum haberi ubi sapor eius amarus continetur. reperimus autem illũ in superficie tantum. nam si corticem à caule aut ramulis separe, quod interius est insipidum aut dulce reperies. Itaq; hæc differentia non à crassitie aut tenuitate partiũ petenda est, quanquam hanc etiam aliquid afferre momenti puto, sed magis ab eo quòd uis cuiusq; aut per totũ ex æquo distributa est, aut centro aut superficiei uicinior. Ego sanè cum Raymundo Lullo eius sum sententiæ, posse ab omni planta, aquã eiusdem facultatis elici, à frigidis frigidam, à calidis calidam, à siccis siccam, ab humidis humidam. Eandem uerò uim manere, nisi odoris saporisue, aut utriusque ut in

odoratis, similitudo relinquatur, minime concesserim.

Cur odor florum quorundam, ut iasmini & caryophylli floris non retineatur in aquis, &c. uide infra ex Cardano, ubi de Balneo Mariæ in genere agitur.

Bonũ esset omnem aquã semel distillatam denuò, aut etiam tertio super fæces suas (contritas) superinfundi, & per duos aut tres dies putrificari, atq; iterũ destillari: aut potius, semel distillatã, non super fæces relictas, sed super eiusdem generis herbas infundi, & in circulatorio aut alembico cæco putrificari, ac destillari, Brunsvicensis si bene memini. Quibusdam prima destillatio sufficit, ut rosis.

Vidi alchymistam, qui non herbas ipsas, sed succũ tantum herbarũ aut fructuum destillabat, repetendo aliquoties destillationem, & fæcibus super marmore contritis aquam destillatam super eas refundendo, Guaynerius.

Aucna

Auena (potus nimirum ex auena, ut cereuisia ex hordeo) excalefacit & inebriat non minus quàm uinum. Apud Tartaros referunt aquam è lacte destillato inebriare. Sed omnis aqua (non elementum, sed liquor aliquis compositus aut succus, cum sæpius destillatur hoc potest efficere. nam incalefcit, attenuatur, & uim ignis magis recipit. unde ardens sæpius destillata è acuitatis deducitur ut bibi non possit, Cardanus. Quò autem liquor aut res destillanda crassior fuerit, è magis calorem & ignem repetita destillatione concipere uidetur.

Constat aquam fieri posse (inquit Cardanus) quæ lapidem uesicæ per catheterem immissa, illico cõfringet. Nã cum duo sint necessaria, & quòd lapidem atterat, & quòd uesicæ sit innoxia: primum præstabit modus ac materia, nã extremos uapores è scorpionũ cinere, uel Macedonici petroselini, uel teco litho, aut lapidib. cancrorũ excipiem⁹.

Sic enim aqua fiet, quæ etiam porphyritem cõminuat. Porrò innocentiam præstat, si materia ex qua aqua excipitur, omnis falsedinis expers fuerit. Nõ igit è falsi genere, aut alumine uel chalcantho, aut uini fece, sed ex aliquo eorum quæ nuper retulimus, aquam excipere oportebit. Opus autem semper est diligenti experientia in confirmanda subtili ratione, ut ea quæ ad eò subtiliter explorauimus, securè per experientiam confirmata, in usum hominum possimus deducere. Equidem scio stercus columbinum ac parietariã hoc uel illud hac arte in aquã deductum, lapides uesicæ durissimos frangere posse. Quodnam autem illud sit quod id facturum sit & absque noxa, experientia declarari oportet. Nam & hircinus sanguis & leporis pellis, & uitrũ, multum probantur ratione. Sed tamen nihil horum forsitan seorsum, sed ex his aliqua simul iuncta, atq; certa mensura. Metallicum certe sit tale oportet, aut ad metalli

talli naturam mutatum. Audiui quondam inuentam à quodam Ianuense, sed denuò amissam morte illius, qui eã notam nemini facere uoluit. Hoc certum factum est inueniri posse, atque hanc esse illius artem, hucusq; Cardanus. Iuuaret fortassis ad hanc artem chryocola quoq; arte facta nimirum & acrimonia carens, qualis etiã ab aurifabris laudatur. quamobrem ad boracem faciendum, aqua pluuiali destillata quidã utuntur, et lacte destillato, aliqui etiam melle, medullis, &c. Ego nuper audiui empiricum quendam calculos uesicæ in quibusdam curasse cum borace mixta aqua ardente ad spissitudinem ferè mellis, admixto etiam trito tartaro aut calculo ab homine exciso, aut fece urinæ è matula. Iubebat per quatuordecim dies hoc medicamento uti, ita ut semper parum eius uino bibendo, etiam in prandio & cœna admisceretur. Memini legere de liquoribus quibusdam, in quibus lapis aut silex positus resol-

uatur. Chymistæ ad resoluenda metalla aceto destillato utuntur, & urina destillata.

Dissoluuntur aceto forti, præsertim destillato, uel succo limonum, margaritæ, testæ ouorum, lapides renum, uescæ, corallium utrunq; : eaq; post siccata promptè friantur, Syluius.

Non possum hîc omittere aquã Epiphaniij Empirici, quæ huiusmodi est R. Antalis & dentalis, boracis, sarcocolle, corallorû alborum, crysalli albi, gypsi, anethi, oryzæ, farine orobi, portulacæ, ana semûciam. Fiant trochisci cum aqua fabarum moschata. Vfus est mulierib. ad facië dealbandã. sed suffiat antea faciës cum aqua decoctionis hordei & auenæ. deinde trochisc⁹ unus diluatur cum aqua fabarû, & illinat faciës sub ingressû lecti, mane uerò abluat cû aqua decoctiõis fabarû & furfuris, ac rursus cû aqua frigida. Quod si trochisci fiât cû aqua limonû, magis ornabunt facië. nã & limones assi p se illitis
eandem

eandē ornant. Quòd si hæc aqua à ieiuno bibatur, & pecten inde ungat, frangit lapidem, signum est, q̄ si per noctem in ea porcellanas reliqueris, postridie ceræ instar eas digitis subigere poteris. (Porcellanas uocant conchas quæsdã. sed & fictilia quædã pretiosa.) Hæc pluribus, ut industrijs medicis diligentius super hac re cogitandi occasionis aliquid præberemus.

De multiplici usu liquorum destillatorum, tum in re medica, tum extra illam.

Aquarum destillatarum usum multiplicem esse uideo, sed maximū & præcipuum medicis, qui stillatitijs huiusmodi liquorib. ritè paratis tū intra tū extra corpus utuntur, per se, & cū alijs medicamentis. Aquã ardentem et olea calida chymisticè parata, unguētis admiscent, uel odoris gratia, uel ut reddant calidiora, & ut promptius penetrēt. Lintea his aquis madida imponūt

partibus refrigerandis præcipuè, uisceribus, frõti, temporibus, brachialibus, tumoribus inflammatis. Valide exiccantibus ad abluenda ulcera chirurgi utuntur. Cõmunissimus uerò usus longo iam tempore obtinuit in admixtione serapiorum quæ propinantur, & ad zulapia siue iuleb, præcipuè de rosis & uiolis. Sunt qui propter solam odoris gratiam diuersorũ generum liquores, & olea conficiant. Aqua ardente utuntur etiam uitrarij encaustæ. Aqua forti, ut uocant, aurifices. De chymisticis usibus ad metallorũ mutationem, & ad colores ac pigmenta diuersa: nec non ad uenena, ut occidantur animalia noxia, hic locus dicendi non est. Raymundus Lullus ardentis aquæ etiã in bellis sub ipsos conflictus usum esse scribit mirabilem, ad excitandos confirmandosq; militum animos. Sed de usibus aquæ ardentis suo loco amplius dicam. Quinetiam in bonæ & salubris aquæ inopia, ut quæ solè suppetunt,

tunt, falsæ, corruptæ & insalubres aquæ, potui idoneæ fiant, necessaria fuerit destillandi ars. Poterit autem in magno lebete, cui magnum altumq; sit operculum rostratum, aqua dulcis à falsa separari.

FORMA PURGANDI A-
quas turbidas, ex Bulcasi.

OLLam magnam aqua turbida replebis, & igne leui subiecto duo ligna transfersæ ollæ marginibus impones crucis instar, lignis uerò impones lanam mundam & diligenter elotam : & quicquid imbiberint lanæ ex ascendente uapore expressum repones, idq; continuabis quamdiu aliquid uaporis ascenderit. Sunt qui aquam turbidã instar rosacæ destillent. Alij clarificant iniiciendo aliquid anethi, (error uidetur, malim acetii) aut amyli, aut farine. quoniam ista descendunt, & trahunt secum ad fundum uasis crassitie aquæ.

DE BALNEO MARIÆ IN
*genere, & de ijs destillationibus, quæ
 fiunt in uapore aquæ feruentis,
 & in fimo equino.*

A Quæ feruentes aut ab his uapor
 minus agūt in rem destillandam,
 quàm uel ignis ipse per se, uel etiãp me-
 dia alia sicca prædicta. Ob id ut Gale-
 nus in diplomate. i. uase duplici (balne-
 um Mariæ uocant cum chymistis phar-
 macopolæ) liquat, calfacit, coquit ea,
 quorum uires ignis uiolentia dissipari
 non uult: sic quæ mitia integriora uolu-
 mus, in aquis feruentibus imposita de-
 stillamus, uel earum uapore. Quæ quã-
 uis minus duratura putãtur, sunt tamẽ
 minus à sua natura mutata, quam rem
 odor pristinus declaret.

Fornacẽ huius generis habetas, cui uas
 æneũ grãde superponit aqua plenũ: ei
 uerò uasi æneo uasculain arcũ superpo-
 nãtur q̃ plurima possunt, in quorũ fun-
 do res destillãda insit. Alij aliter forna-
 cẽ

cē, uelut in arcē scilicet extruūt, & eius lateribus uasa inferūt terrea, longa, fundo latiore destillanda continēte, intrò penetrāte, ore foris tanq̄ lagena operculato, in qua uapor per apertilē eius uentrem elatus concrefcit, per os eiusdem prælōngum destillat, Syluius.

Sed cur odor florū quorundā nō retinetur in aquis, uerum ut in iasmino & caryophyllo flore ac lilio aqua euadit odoris exps? dictū est alibi: quoniā tā tenui substātiæ nulla pars crassiori iungit. Ergo in his iuuabit, si folijs herbarū quæ odore careāt alternatī positis materię crassiori, nō tamē quę urat, adiungat odor, inde destillet. atq; hæc unica spes pliciēdi odoris, cū aquis infusa nō remittāt odorē, sed putrescāt, Cardan. Apparet aut̄ hos flores pculdubio in balneo M. aut in aquæ feruentis uapore uasis uitreis destillari oportere.

Balneum M. commodè calfit cum amplo canali è cupro in mediū immisso, in cuius imo craticula est, ut cineres defluāt: uulgus pigrum Henricum

uocat. Vltadius furnum acediae. Imponitur & operculum è cupro, cum paruo canali transuerso qui per fenestram aut foramen aliquod fumum efferat. (Sic alioqui iam solia etiam calefaciunt ad balneandi usum.) Huius canalis tū præcipuè commoditas est, cum pluribus uasis destillatorijs in circuitu ponendis, decem uel duodecim, simul uti libuerit, ut tempori & labori, nec non sumptui parcatur.

Quidam cucurbitis stanneis utuntur ad destillandum in balneo M. alembicis uerò uitreis, quorū rostra si breuiora sint aut fracta, alia ex cupro apponunt & lutant.

Herbas destillandas in Balneo uel aliter aliqui primum terunt, deinde aliquandiu relinquunt (per aliquot dies forte) antequam destillent, tanquam sic uberiolem aquam habituri. quod si in uasis obstructis præsertim loco calido, id facerent, bene haberet. sed plerique, pharmacopolæ & alij qui quæstū
inde

inde faciunt, locis frigidis relinquunt, in fiscis apertis, donec odorem amittant, & humido; crassoq; aëre utiétur.

Sunt qui aquæ Balnei M. arenæ etiam nónihil admisceant, ut uehementior fiat calor: ut Mattheolus Senensis in aqua philosophica contra morbú Gallicum. Et in tali destillatiõe duplicem liquorem excipi posse ait, primum dilutiorem, alterum rubentioem.

Aqua in balneo Mariæ non magis calere debet quàm digitus tolerat, Brunsvicensis.

Destillatiõeem cuiusdam aquæ uitæ in Balneo M. Vlstadius ita lento igne fieri iubet, ut numerus unum duo tria, usque ad septem, antequam una gutta cadat.

Plura quæ ad communem Balnei M. rationem pertinent, leges infra in mentione aquæ camphoræ ex Bulcasi: & aquæ rosaceæ ex odem.

In Balneo M. destillatio adhibetur oleis etiã, ut loquuntur, rectificandis,

ut phlegma ab eis abstrahatur. Sola enim aqua Balnei calore eleuari potest, oleo in fundo residente.

¶ Cum animaduertentem aquas ut ex plantis uulgò destillari solent, neq; saporem neq; odorem eundum seruare: anxie cogitare & multa experiri cœpi, ut modum inuenirem, quo qualitates istæ in aquis custodirentur. Longū autem esset scribere modos omnes quos attentauī. Vnum tantum attingam qui melior mihi uisus est & facilior. Is autem est, ut in duplici uase, eo modo quo Galenus iussit omnia unguenta confici, hæc fiat operatio, ita tamen ut eius uasculi fundum in quo herba continetur, aquā in maiore bullientem nō attingat, sed solo uaporifero humore ab ea eleuato incalescat. A calore enim illo miti, ex totius herbæ substantia uapores exhalant, qui in aquam uertuntur, omnium herbæ partium uires adseruantē, quæ ex odore & sapore aperte cognoscuntur. Hæc Manardus. Sed
hoc

hoc modo destillata, & si uires plantarum & qualitates (ut odorem pristinum) integrius retinet, quia tamen excrementosa sunt, parū diu seruari possunt, Syluius.

¶ Fimi, uel ut quidam loquuntur, uentris equini, usus præcipuus est, ut materia destillanda in uase uitreo ei imposita calore ipsius præparetur, ut dicemus suo loco latius in putrefactionis mentione. Potest tamen in eodem etiam destillatio fieri, si uel paupertas uel alia causa impediatur quo minus igne utamur. De hac destillatione plura uide infra, ubi de præparatiōe ad destillationem agitur. Fimi calor (propter calcem admixtam) medio gradu caliditatem Balnei M. excedere iudicatur à Brunsvicensi.

Si aquā ex carnibus cuiuscūq; animalis desideres, animal suffocabis ne sanguis ull⁹ ab eo effluat, & pinguedine omni detracta carnes minutatī concisas in fimo eqno destillabis, (aut) igne lēto

ne aquæ foeteant, aut uftilaginem fapiant, quod facile fieri folet. quãobrem ut bis deftilentur præftat, Brunfuicenfis.

Animalium partes, uel excremento, ut fanguis, iecur, pulmo, oua, (fel) & fimus bubulus, deftillari debent in fimo equino, uafis non prorfus obturatis, (fed mel & lac obturare licet) ne foetida reddatur aqua. Si tamen fic etiã foeteat, deftilletur iterum in balneo Mariæ, præfertim aqua de fimo bubulo, cuius prima deftillatio raro fine foetore inuenitur, Brunfuicenfis. Melius fucce det fi exigua falis portio addatur, in fimo putrificandis aut deftillandis, quo minus corrumpantur.

Egregiæ quædã aquæ fimplices in Balneo M. deftillatæ, ordine alphabeti enumeratæ: primum ex plantis,
deinde ex animalib.

• A Absinthij aquæ meminit Io. Me-
fuc:

sue: & eius quidem & rosaceæ tantū, ut annotauerunt Monachi qui in Mesuen scripserunt, ut existimandum fit eximiam quandā uim præ cæteris in duobus istis stillatitijs liquoribus inesse, si rectè parentur: nā ut uulgus pharmacopolarum parat, absinthij aqua odore saporeq; omni caret, ut in præcedentibus dictum est. Quòd si quis efficaciorē hūc liquorē desiderat, absinthium aridum in uino maceret ac destillet in Balneo M. aut si adhuc ualidiorem, in cinerib. Sed quę in liquore aliquo macerata destillatur, horum iā non simplices aquę, sed compositę sunt, de quibus infra priuatim scribemus.

Alfine, quā uulgo morsum gallinæ uocāt, aqua destillata, infantib. & pueris epilepticis datur, per se, uel cum aqua fontana. Valde hoc commendant mulierculæ, et quædā sua experimenta prædicāt. Ego nuper frustra propinatā uidi. sed ea mihi gustāti ferè nauseā mouebat: forte q; uetustior, aut in alembi-

cis plumbeis collecta erat.

C Cepæ albæ aqua destillata lapidē frangit, Martianus Sanctus.

Ceraforum quorumuis aqua bibitur cōtra nimios calores, & foris imponit: priuatim uerò dulciū nigrorum quę & contra paralyfin à multis cōmendatur si ori infundat, & os inde bene colluatur, ut amissum linguæ usum restituat. Destillatur aut uel caro sola, uel unà nucleis quoque cōtriti, ut calculosam renum & uesicæ materiam educat destillatus inde liquor. Nigra & acida, uisula uocantur, aquam reddunt salubrem in febribus tum alijs tum pestilentibus refrigerantem & confirmantem uires, utile quoq; aduersus sitim & dysenteriam, Ryffus. Dulciū nigrorū recentium destillata à Remaclo F. Lymburgēsi mirificè cōmédatur: Cum primū, inquit, in os epileptici paroxyfmo correpti infusa fuerit (dosis est drachmæ quatuor aut amplius) illico reuiuiscit recreatus nec ullo amplius spafmo conuellit, do

nec

nec statuto tempore, ut fieri solet, post aliquot dies, alius proxysmus oboriat: quod ubi contigerit iterum infundenda est. impedit enim auferat atque sanat paroxysmum.

Camphoræ aqua siue oleum, sic fit. Accipe uas ex uasis aquæ rosaceæ quod dicitur baten (id est ueter) & imple id lignis (segmentis) pini quæ habet magna folia (latifolia, Syluius) & impleat uas aquæ rosaceæ (Syluius ita accipit ac si aqua rosacea segmentis pini affundenda sit, mihi uero uidetur uas aquæ rosaceæ simpliciter hinc pro cucurbita seu corpore nominari, ut sit repetitio quædam eiusdem quod prius dixerat) & cooperiatur uase habente nasum: Tum ponas uentrem in uas æneum aqua plenum super ignem, donec bullire incipiat. nam destillabit oleum (atque oleum per calorem aquæ attolli posse negant) subtile boni odoris, quod appellatur aqua camphoræ. Aut si libet destilla in furno aquæ rosaceæ, eodem modo quo illa destillatur, Bulcasis.

At Bellunensis, Aqua camphoræ secō-
 dum Arabes est (inquit) aqua que fluit
 ex arbore producente camphorā: quæ
 ut & arbor eius calidæ est naturæ in ter-
 tio, camphora ipsa frigida, Monachi in
 Mesuen. Apiculas tres pone in uase
 uitreo ubi cāphora sit, quæ sic in aquã
 uertetur, Obscurus.

F Fraga matura in uase uitreo putrifi-
 cabis (posset forte sal adijci, aut saccha-
 rum,) & destillabis. Hæc aqua (inquit
 Lullus lib. 2. de quinta ess.) salubris &
 diuina est. Cōfortat naturã, uenena ex-
 pellit, menses prouocat, humores ar-
 dētes remittit, conceptum confortat.
 Præcipuè uerò maculas recentes ocu-
 lorum de utroq; humore (calido nimi-
 rum aut frigido) frāgit, si modo nō mul-
 tū excēdant. Lachrymas ex utraq; cau-
 sa (calida aut frig.) exiccat uisum utra-
 que causa perditum restituit & clarifi-
 cat. Et ego uidi mulierē recēter in to-
 ta facie pustulas ex percussione lapidis
 cū calore habentem, que sola lotionē
 huius

huius aquæ, statim magna cum admiratione sanata est. Est autem uirtus eius cétuplo mirabilior & efficacior cū aqua ardēte, & multò magis cum quinta essentia. Imò lepram curat hæc aqua mixta cum quinta essentia, uel aqua ardente.

E fraxini cortice interiore destillati liquoris uncia tres cū totidem uncijis uini albi contra pestem bibuntur, & idem potus post tres horas repetitur. sic Deo uolente intra 24. horas liberabitur æger.

H Halicaccabi acinorū aqua contra calculum renum & uesicæ cōmendatur à nonnullis, si semel aut iterum in septimana bibatur.

Helxines, quā parietariā uocamus, aqua contra calculum uesicæ proficit: uide supra in uiribus aquarum destillatarum in genere ex Cardano.

Hieracij minoris, siue dentis Leonis, nostri uocāt *roblefrut*, aqua, eiusdem facultatis uidet̄, cuius est aqua intyborū

Aliqui ꝑ dies circiter octo in uino macerata destillat, acetofo sapore, & contra comitiales paroxyfmos propinant, mirifico (ut aiunt) experimento.

Hyssopus mire uim suã retinet in stillatio liquore. licet in cõmuni figlino alembico tantũ super arena in patellã posita destilletur. & similiter pulegium, & aliã quãdam. Hyssopi quidem aquam ad dentium dolores mitigandos utuntur. est enim acris & subtilis, &c.

I Intybi seu endiuia aqua, refrigerat omnes affectus calidos: & omnes adustiones ex igne uel aqua calida factas, sanat, si inde abluantur. Conducit etiam febribus quotidianis, & obstructionibus uiscerum, tum pota tum foris adhibita, Lullus de aquis.

L Lauendulae florum aqua odorata est, Remaclus.

N Nucũ iuglandium immaturarum aqua circa festum diui Ioannis parata, foris imposita ꝑdest uulnerib. & ulceribus

ribus calidis, & anthraci pestilenti: pota etiam ad duas aut tres uncias refrigerat & pestilentiaë resistit. Ex putaminibus etiam exterioribus iuglandium (siue maturis, ita ut iam à nuce soluantur, siue nondum omnino,) mense Septembri aqua destillatur, nec refert si nigra fuerint, modo ne putredinem fefellerint, imò nigra præferuntur. Huius aquæ mediocris potio, (cum tertia parte aceti, si cum calore ingruat,) uena prius secta, aduersus pestem tanquam certum experimentum propinatur.

Laudatur & ad aurium tinnitus & audiendi difficultatem, & ad anginas gargarizata. Foliorum uerò iuglandis aqua circa finem Maij destillata, mirè comendatur ad siccanda & astringenda ulcera, & inducendâ eis cicatricem, si mane & uesperi inde lauentur, & madidum inde linteolum imponatur, Brû suicencis.

O Orchis, id est testiculus herba cū suis radicibus destillatur, ad epilepsiâ utilis, ut ferunt.

P Perficorum aliqui flores & folia etiam destillant.

Petrofelini (hortensis nimirum) contriti in mortario aqua destillata, appetitum confirmat, & flatus omnes corporis & uentriculi dissoluit, concoctionem roborat, & pectoris (renum potius) prauos humores expurgat, Aegidius.

Plantaginis aquæ urceus fluentem unde quaque sanguinem sistere potest, Cardanus.

Pulegium. uide supra in Hyssopo.

R Raporum aqua fieri potest, tum ex integris ipsis concisis: tum ex corticibus priuatim, qui acriores & calidiores sunt, ut urina prouocetur, aut sudor promoueatur.

Aqua rosacea prima omnium inuenta uidetur. reperio enim eius mentionem apud Auicennā lib. 2. in capite de rosis, Aqua rosarum, inquit, pota confert in syncope, & eius succus. Et rursus, Aqua rosarum bona est hepati: &

confortat, quæ ex ea nutrita est cû melle stomachum, & est geleniabin, & iuuat ad digerendum. Et rosa quidem & eius succus conducunt stomacho nimis humido. Et quanquàm Arabes plerûq; aquã pro succo decoctoue dicere solent: hoc tamen in loco pro ijs accipi non potest, cum de succo separatim loquatur, & decoctionis quoque mentionem prius fecerit. Aqua rosarum per sublimationem facta plurimû confortat, Mesue in capite de rosis. Et rursus, Rosa & oleum eius, & aqua sublimata confortât cor, &c. Idem de aqua rosarum destillata loquitur distinctione sexta, ubi iuleb rosatû describit, ut Monachi eius interpretes probât: à quibus hoc etiã obseruatum est, duas solû aquas destillatas apud Mesuen memorari, nempe rosaceã & absinthij. Nul lum ferè hodie parât epithema. quod nõ accipiat aquã rosarum. In acutis & magnis inflammationibus ad membra principalia roboranda cõmodè admi-

nistratur. Valet ad fluxus intestinorum & uomitū. Oculorum inflammationibus initio multum auxiliatur. quidam admiscere solent modicum thucizæ & saccharicandi. Oculos corroborat & uisum acuit. Sanguinem à naribus fluentem linteolo imposita sistit. Quæ paratur ex rosis rubeis, magis, ut loquuntur, cordialis est, magisq; roborat: ex candidis uerò, magis refrigerat, Remaclus F. De uino mixto cū aqua rosarum tēpore cibi, uide apud Arnoldum in libro de uino.

¶ Rosacea aqua licet uarijs modis paratur, optima fit tamen per balneum M. Matthæolus. Si rosæ quas incarnatas uulgò uocamus, siccatae, uapore aquæ humectatae destillentur, aqua rosarum bonam reddent, Syluius. Poterunt autem retineri in linteo supra aquam feruentem, donec satis uaporis imbiberint.

De aqua rosacea ex Bulcasi.

Aquæ rosatæ apparatus not⁹ est apud plerasq;

pleraſq; gentes. Melius aut fit cū aqua,
q̄ sine ea: melius etiā per ignē carbonū,
q̄ lignorum. unde ex quatuor modis,
qui ſunt, Sine aqua cum lignis accēſis,
Sine aqua cum carbonibus: Cum aqua
accenſis lignis, Cum aqua ſuper igne
carbonum, primus uiliſſimus eſt & mi
nimi odoris aquā reddit, melior eo ſe
cundus, ſecundo tertius, quartus uerò
omniū optimus. Secūduſ quidē & ter
tius modus uſitatiores ſunt. Et ego hīc
tertium, (qui fit cum aqua accenſis lig
nis.) deſcribam, ut in uſu eſt apud re
ges Aharach. Facies igitur in domo
ampla iuxta parietem berchile (ſic uo
cat uas quod aqua impletur) paruum,
cuius fundū & latera ſint ex plumbo,
ita ſolidatū ut aquam non tranſmittat.
Huic uaſi deinde coopertorium apta
bis ex uitro uel terra uitreata, & forami
na rotūda in eo facies duo uel tria, plus
minus pro uaſorum capacitate, & ꝑꝑut
uel multam uel paucam aquam deſtil
lare deſideras. Deinde ollam æream

facies, similem ollę balnei, quā constru-
 es super furno, ita ut berchile super fur-
 num humiliore situ sit quā ollā, (ita
 quòd applicet de calore ignis berchi-
 lis ad ollā: sed hæc uerba mihi redunda
 re aut deprauata uidentur.) Facies quo-
 que caminū per quem fumus extra do-
 mum efferatur totus, ne noceat aquæ
 rosatę. Postea reple ollam aqua, quæ sit
 in puteo (uase magno) iuxta ollā facta
 instar putei in balneo. Tum igne sub ol-
 la accenso aquam bulliētem per cana-
 lem ex olla in berchile pertingentem
 trāsmittes, ex alia aqua frigida ex puteo
 ollā replebis. In berchili quoq; cannu-
 lam facies, per quam aqua cū plenum
 fuerit extra domum effluat. Pones au-
 tem cucurbitas siue uentres, id est uasa
 destillatoria in foraminibus cooperto-
 rij berchilis, & astringes circumuoluē-
 dō pannos lineos, ut firmiter maneant
 in suis foraminibus, & aquæ uapor nō
 egrediatur. Similiter & capita eorum
 stringes panno lineo. Et sint uasa ista
 ex

ex vitro, uel ex terra uitreata. Tum ro-
fas impones, & addes coopertoriũ su-
um cuiq̃. Et suppones cuiusq̃ naso phi-
alam ad recipiendum aquã rosatã efflu-
entem. Destillatione perfecta rosas pri-
mas abijcies, & impones recentes, Hęc
Bulcasis. Miretur autem aliquis, quod
in tali fornacis apparatu, ubi ignis uasi
duplici seu berchili non subijcitur, (ut
conijcio, cum ex plumbo fundum &
latera eius faciat,) sed ad latus fornacis
ponitur, referre putet, ex lignis ne an
carbonibus ignis ollæ subiectus fiat.
Præterea notum est (inquit eodem in
loco Bulcasis) aquam rosaceam ex syl-
uestrib. rosis quæ sine rigatione sponte
nascuntur, odoratiorem esse quàm quæ
fit ex rosarijs domesticis, quæ coluntur
& rigantur aqua. Fit autem ex his aqua
destillata apud nos maiore cõpendio,
quàm superior, hunc in modum. Olla
ærea qualis tinctorum est, ad parietem
ponitur, cui coopertorium cum fora-
minibus aptatur, quibus uentres inse-

runtur. Olla repletur aqua, & subijci-
tur ignis ex lignis uitis uel similibus.
Progrediente autem destillatione clau-
des os furni donec absoluat tota destil-
latio. Pro lignis si carbones accendas,
odoratior fiet aqua. (Hic plus rationis
est q̄ supra, quoniã ignis hic statim sub
ipsis uasis destillatorijs fit.) Secundi
modi, hoc est destillãdi sine aqua cum
igne carbonum, ratio est huiusmodi.
Fac furnum quadrum aut rotundum,
cũ coopertorio cui inferentur uentres
facti ex terra uitreata ita ut possint su-
stinere ignem: & cum accensis carbo-
nibus aqua destillare incipiet, claude
os furni, et relinque foramina aperta p̄
quæ fumus egrediatur. Est & aliud cõ-
pendium tertij quartie modi: Olla æ-
nea plena aqua super foco ponitur, cũ
coopertorio perforato ita ut duos aut
tres uentres, ex uitro, plus minus, reci-
pere possit. Subijcies autem ignem ex
farmentis uitium uel carbonibus do-
nec bulliat aqua.

Saluiaz

Salviæ aqua odorem pristinum retinet, Remaclus F.

Scabiosæ aqua propinatur utiliter ijs qui fistula aliqua laborât, & ipsa herba trita fistulæ pariter inferitur.

Sedi minoris aqua in usu est chirurgis ad partes calidas refrigerandas, Remaclus F.

Solani seu morellæ aqua prodest contra omnes febres, si æger in die accessio nis ab omni cibo & potu abstineat: & cū fuerit in calore magno & multū appetit bibere ut amplius tēperare sibi ne queat, det ei uitrū hac aqua plenū. Postea diligenter cooperiat, & per uim etiam retineatur in calore: & sudabit sudore fœtido. Abstinentū autem ei ab omnibus acetosis, & ab aere nimium uel calido uel frigido. Itē ualet hæc aqua ad inflammationes & concussiones, si pannus lineus quadruplex in ea madefactus imponatur, & cum sic catus est iterum madefiat. Item ad omnes plagas & alios affectus calidos,

fi abluatur hac aqua, & pñus in ea tintus imponatur. Iuuat etiã iecur calefactum, & pulmones qui siccãtur aut hectica grauantur. Aduersus omnes istos affectus propinari debet cù tertia parte uini, Lullus in libro de aquis.

Tiliarum è floribus (quorum perq̃ suauis odor est & uitiũ flori similis odore) aqua destillatur in frequente usu apud Germanos. Existimatur autẽ modicè calida, sicca, & emplastica, pota utilis ad epilepsiã, cordis tremorem, uteri dolores, calculum renũ, & sanguinem in corpore ob casum aut ictũ aliquem concretũ, ad quod remedium aliqui etiam tritos tiliæ carbones admiscunt. Dosis est unica, aut sesqui. Oculorũ dolores mitigat: & locos igne aut quauis materia feruente adustos sanat, idq̃ efficacius si interior cortex albutiliæ in hac aqua maceretur, aut eius loco cydonij grana aut psyllium, & nata inde mucilagineloci illinant, Ryffius.

Aliqui liquõre ui ignis extracto ex sanguine

fanguine M E L I S aduersus pestem u-
tuntur.

Item ex anatū fanguine contra uene-
na, &c. de quo plura leges in lib. Destil-
lationum Ryffij Germanico.

Hirci fanguinem aliqui medicamen-
tis aduersus calculū destillandis admi-
scent. Aquam cōpositam ex fanguine
M A I A L I S alijsq; diuersis medicamē-
tis infrà alicubi describemus.

De aqua ex lumbricis, & cantharidū
genere quod à mense Maio *Weylander*
Käfer denominatum ait, uide Brunsvi-
censem.

Aqua ad rugas & maculas faciei tol-
lendas, & cutim clarificandā. Albumi-
na ouorum in aqua coctorum ad duri-
tiem, remotis uitellis in mortario con-
teres, & in alembico uitreo aut alio ua-
se uitreo destillabis. Vfus est, ut per tres
uel quatuor dies facies quotidie ter il-
linatur.

Attexerem hîc catalogum aquarum
destillatarū ex plantis, quæ in Germa-

nicis deſtillationum libris Hieronymi Brunſuiceniſis, & pleraque omnia ab eo mutuati Gualteri Ryffij deſcribuntur, niſi brevis eſſe ſtuderem. Et ſanè nihil attinet ſingulas enumerari, cum à plantis iſdem omnibus quarum ullus in re medica uſus eſt liquores etiã deſtillari & poſſint & ſoleant. Sed uires quoq; & facultates ſingularũ recenſere, ut quidã faciunt, ſuperfluum eſt, cũ nullã aliã ferè, ſed eãdem etiam aquis quæ plantis iſtis attribuuntur, ut repetitionis iſtæ non minus quàm braſſica biſcocta ſaſtidium uel mediocriter erudito lectori excitent. Quoniam tamen pharmacopolis aquæ nonnullæ præcipuè & præ cæteris in uſu ſunt, ut illę quas Remaclus F. deſcripſit, earum catalogum hic attexam, eodem quo ille utitur ordine.

Absinthiũ. Apium. Artemiſia. Agri-
monia. Althæa. Acetoſa. Alkekengi.
Auricula muris.

Baſiliçon. Bugloſſus. Baſamita, id
eſt

est menta Romana. Betonica. Bursa pastoris.

Chamæmalum. Calendula. Cardus benedictus. Centaurium. Chelidonium. Cichorium. Capillus Veneris. Caprifolium, id est periclimenon. Cucurbita. Cuscuta.

Ebulus. Endiuiia. Enula. Euphrasia. Fœniculum. Fumaria.

Gentiana. Genista.

Hepatica, id est liché. Hedera. Hyssopus. Hippuris, id est cauda equina.

Lactuca. Lauendula. Lappathum.

Maiorana. Melissa. Marrubium. Melilotus. Millefolium. Menta. Malua.

Nenuphar utrunque cum floribus. Nigella.

Origanum.

Pœonia. Papauer fatium. Parietaria. Pentaphyllon. Petroselinum. Pimpinella. Pastinaca. Plantago utraq.

Portulaca. Polygonos, id est centunodia.

Pulegium.

Rosæ albæ & rubræ. Ruta satiu.

Rosmarinus. Rubea tinctorum fatiua.
Raphanus.

Salvia. Saxifragia. Satureia. Sambu-
ci cortices, flores, folia. Scabiosa. Sco-
lopendrium. Solanum, cuius cum plu-
res sint species, ferè ex haliaccabo tan-
tum, id est alkekengi, aquã à pharmaco-
polis elici scribit Remaclus. Semperui-
uum. Serpillum. Salix. Senecio.

Thymus. Tapsus barbatus, id est uer-
bascum. Tanacetum. Tormentilla.

Violæ. Valeriana. Virga pastoris, id
est dipsacus. Verbena. Vermicularis, id
est semperuiuum minus. Vrtica.

DE AQUIS DESTILLATIS
ex animalibus, eorúmue partibus aut ex
crementis, & primum ex a-
nimalibus integris.

EX catulis aqua destillata prohibet
renasci pilos, And. Furnerius. Ego
curiosis istis & exquisitis remedijs &
parú credo, & etiã si uera sint non pro-
bo,

bo, præfertim ubi alia multa & parabilianon defunt.

Ciconiã teneram aliqui suffocari & destillari instar aquæ rosaceæ iubent, inde illini paralyticas aut cõtractas partes: & per uices ablui cum decocto cãrorũ uiuorum sine sale: mirificè enim subuenire aiunt, si continuetur. Sunt qui in ciconiã tenerã, & quæ nondum uolãrit, corpus exenteratũ unciã camphoræ & drachmã ambræ imponi iubeant, & destillando tres aquas colore differentes, singillatim colligi: ex his ultimam præcipuè laudant, ut facies alba & pura reddatur.

Destillatur & aqua ex pica, de qua lege Brunswicensem & Ryffium, ut de sequentibus etiam. Ex capone, de qua infra priuatim agemus. non enim simplex tantũ, sed & multis modis composita fit.

Ex ranis, cancris, limacib. formicis.

Ex sanguine anatis, hirci, taxi, uituli: uide Ryffiũ & Brunswic.

Ex humano sanguine: uide Brunsuicen-
sem: & infra in mētione Quintæ essent.

Ex iecore & pulmone uituli.

Lactis liquore destillato chymistæ
utuntur, & qui boracis seu chryfocol-
læ confectionem moliuntur aliqui.

Mirum est quòd referunt apud Tarta-
ros aquam è lacte destillato inebriare.

Oportet igitur lac densius esse, et morâ
apud ignem contraxisse. Itaq; ex lacte

forſan equorû id contingit. Sed omnis
aqua cû ſæpius destillatur hoc potest

efficere. nã incaleſcit, attenuat, & uim
ignis magis recipit, Cardan. ¶ Sunt

qui aqua ex uino & lacte ſimul destilla-
tis contra quartanam utuntur, in An-

glia præſertim, ut ſcribit Brudus Luſi-
tanus: aliqui contra auriginem bibunt,

author Ioannes Gœurotus. ¶ Priua-
tim uerò aqua ex lacte caprino destilla-

tur: uide Ryffium.

Aqua ex felle bubulo: uide apud e-
undem.

Ex ouorû albumine & uitello, Ibid.

Ex

Ex spermate ranarum in aquis inuēto: uide Ryffium.

Ex uaccarū stercore: uide eundem.

Humani excrementi aquā destillatā fistulas aliqui sanare promittunt, item ulcera corrosiua & difficilia curatu, & cancos, & tineam seu manantia capitis ulcera: item cicatrices cuti assimilare, maculas seu albugines oculorum abolere. Potā comitialibus prodesse, hydropicos iuuare, calculum è renibus & uesica pellere, contra rabidi canis aliosq; uenenatos morsus antidotum esse. Oleum ex eodem, quod post aquam igne aucto destillat, multò efficacius est ad fistulas, & cancos, aliaq; prædicta mala, Matthæolus Senensis & alij. Vide mirabilia quædam apud Brunsvicensem.

Vrina humana destillata chymistæ utuntur ad metalla quædam resolueda, typographi ad atramentum librarium, sed hi in rosarijs destillant.

DE VASIS ET INSTRV-
mentis diuersis ad destillationem
pertinentibus.

VAs destillatorium, nominantes corpus, intelligunt, seu cucurbitam, quàm Germani suo uocabulo à similitudine figurę clauam dicunt, (*ein folsben.*) Corpus uel corpulentum uas aliqui uocant latius uas, seu cucurbitam, in qua ponitur quod destillandum est, Syluius. Habet enim hoc uas alembico ceu capiti cõparatum, corporis seu thoracis quandam similitudinem. Idem Arabicè à Bulcasi beten seu batan, id est uenter nuncupatur. Videtur & atanor apud eundem ubi aceti destillationem præscribit, cucurbitã significare. (Furnum athannor uel fixatorium describit Geber in lib. Fornacum.) Cucurbitã quidã barbari boc ciam uocant. Eiusdem figurę maiora uasa, ad digerendũ seu putrificandum apta sunt: inde cum destillari oportet,
mate-

materia digesta in aliquot minores cucurbitas distribuitur. Alembicum pro corpore simul & capite accipi puto, magis propriè tamen pro capite. Caput enim seu capitellum, ut dixi, est uas superius, quòd capitis quãdam speciẽ præ se ferat, inferioris quod maius & oblongius est respectu. Idem uas recentiores cãpanam uocitant, & capellam, (aliqui metã, in quam per expiratũ guttatim colligitur liquor) alij pileũ: nostrates galeã. *ein helm*. Tubus qui ab alembico oblógus p̄cedit & deorsum flectitur, nasus, rostrũ, & simpliciter. canalis uocatur: quòd per cauitatem eius concretæ in alembico guttæ, quę omnes in limbo, id est interiore circum alembicum plica, conueniũt, effluentes destillèt in uas subiectũ, quod uulgò recipiens, receptoriũ & matellã nuncupant. Nasus & rostrũ à simili figura dicunt, q̄ hæc pars non aliter promineat quàm à capitibus auiũ rostrũ, & quadrupedum nasus. Recipiens uas

cum olea ex metallicis, ut uitriolo destillantur, ubi magno igne diuq̄ opus est, per amplum requiritur. secus enim propter copiam uaporum in uasis collectam, ne disiliant periculum fuerit. In amplis & largis capitibus aquas & olea præstantiora fieri creditur quàm in angustis. Cæcū alembicum dicitur quod naso rostroue, & similiter limbo caret, præparationi et rectificationi seu circulationi, id est perfectioni idoneū. Eiusdem genus alterū cum limbo est, quo utimur, cum phlegma ab aliquib. aquis uel oleis in sole aut alio loco calido abstrahere uoluerimus, ut dicitur in oleo uitrioli.

Quæ corporibus seu corpulentis uasis non erectis, sed uelut cubantibus imponūt capitella limbo caret, suntq̄ lagenis terreis uulgarib. proxima, Sylui⁹.

Vidi & capitella duo, ut per inferius ptusum materiæ portio in superius ferretur, quod cū inferiore clauiculatim iungebatur, ne inferius lutatū esset auferendum

ferendum cū recens materia uasi corpulenta erat infundenda, Idem.

Interdum capitelli forma est in arcum pyramidis modo mucronata, interdum parte summa capitis modo latefcit, ut plus uaporis capiat, & largiorem aquam cogat, sed tunc ferè in uas corpulentū ex uertice relabit, Syluius.

Sublimare pro distillare multi simpliciter accipiunt, alij peculiariter pro eo quod est in alembicum eleuare uel ignis materiā illi, figendā, ut metallica multa sublimantur. Alij utriculos uitreos aut terreos mutuò applicant, quos musas cornutas uocāt, quorū alter lutat⁹ igni insidet, materiā destillandam cōtinēs: alter ab igni procul abest, humorē recipiens in ambobus collis concretū, Syluius. Instrumenta hæc uulgo retorta uocant, Galli etiam cornettas.

Porrò musa cornuta musicum instrumentum est, quod Germani uulgo faccifistulam nominant. Est autem uas retortum, idoneum destillandis illis

illis quæ non possunt altius attolli.

Vas recipiens plerunq̄ est phiala uireæ collo oblongo, cuius ori alembici nasus inseritur, & aliquãdo uenter eius ollæ aut alteri uasi cõcauo imponitur; ut firmitus loco maneat, uel pro rei cõmoditate aliter atq̄ aliter collocatur. Circulatoria uasa dicuntur in quib. per uices uapor ascendit, & rursus in liquorem couersus descendit, ut dicemus infrà in putrificationis mentione. Ex his præstantissimum est quod uas Hermetis ab authore nominatur: & à figura, ut cõijcio, pelecanus. nam ut pictores pelecanum representant rostro suũ pectus pungentem: ita hoc uas utrinq̄ tanq̄ anseris canales habet, qui à capite id est superiore parte inchoantes semicirculi figura descendunt & reflectuntur quasi in principiũ uētris infixi. quæ figura etsi à uitrarijs difficulter & magno pretio impetratur, omnium tamẽ optima est ad circulandũ. Si haberi tamen nõ possit, cucurbita cum alébico cęco

cæco sine limbo utemur: aut uasẽ ex integro uitro, quod in medio angustius fit, & ab initio uentris eminentem habeat breuẽ canalem per quem liquor infundi et effundi possit. Vtriusq; horũ figuras ponemus infra in Titulo de quinta essentia: & alias quasdam aliorũ uasorum & fornacum passim in hoc opere.

Formæ uasorum diuersæ & prope modum infinitæ sunt, chymistis usurpatissimæ, Syluius. Figuras & nomina diuersorum uasorum qui requirit, ex Brunsvicensi, Ryffio, And. Lonice ro & alijs petet. In uitrarijs quidem officinis quos quis uoluerit modos sibi conficiendos locabit: quales & in Heluetia sunt prope Scaphusiã, & non procul Basilea & Solodoro. Sed optima ex uitro albo fiunt, ut Venetijs. talia apud nos fieri possunt fragmẽtis orbium specularium alijsq; uitri albi collectis. ¶ De aludele uasẽ uide Gebrũ in libro Summæ perfectionis l. 4. 44. &

rursus in lib. fornacū. Albertus alutel scribit, & uas interpretatur sublimationi destinatū, similiter Bulcasis. Idem arsenicum sublimari iubet in patella terrea uitreata, cuius formam describit in capite de sublimando adhichbardic. Aluthel (per th.) est alembicum quo utuntur alchymistę in destillationibus, Bellunensis.

De materia uasorum ad destillandum: et primū contra plumbea & ænea uasa.

Aquæ destillatæ per balneū Mariæ, tantum excellūt illis, quæ per ignē simpliciter in alembicis plūbeis fiunt, quā tum aurum præstat ferro. Nam quæ in balneo Mariæ parātur cum capellis (alembicis seu capitibus) amplis, & bene magnis & uitreis, absq̃ ullo molesto odore fumi aut empyreumatis, natiuum odorem saporemq̃ herbarū & florum à quibus extrahuntur, referūt, quòd in
uul-

vulgarib. plumbeis minimè contingit. Mā quæ in his parant aquæ paucissimæ & rarò, præsertim adhuc recentes, fumi aut ustilaginis insigni fastidio carent: quod quidem bibentib. ægris non molestum modò, sed etiam noxium est. nam praua plumbi qualitas stomacho pectori, & omnibus uisceribus nocet: & similiter æris qualitas. Quo intellecto docti & præstantes medici, ueteres secuti, decoctionib. tantú utunt. Sed aquæ ut par est destillatæ, id est odore saporeq; suæ plantæ præditæ, non solú decoctionú uires equat: uerùm etiã superant in eo, quod tum gustu suauiores, tum uisu clariores cum sint, magis oblectant. Debebunt autem boni tum medici tum pharmacopolæ, relictis plumbeis instrumētis, balnea Mariæ dicta sibi parare, & si plus in eis tú laboris tum sumptus foret, ita Deo pariter & hominibus satisfacturi, Mattheolus.

Quæ plúbo destillant, omnino improbãda censeo, ppter cerusam & qualita

tes alias plumbi maleficas, cū & aquā per tubos plumbeos deductā damnārit Galenus quòd dysenteriam excitat, Syluius.

Multum præterea uariant, ut cocta, sic destillata, uasorum ratione. Quamobrem magna in his cura est adhibenda, ut terrea sint uel uitrea poti⁹ quàm metallica. & quæ terrea sunt, ex luto sint puriore & diligenter cocto, qualia sunt figulina Lutetiæ Bellouaca, & Brittonia, & Hispanica. Vitrea autem sunt præstantiora, quia puriora et densiora. sed etiam chariora & fragilia magis, nisi paulatim incalescant & refrigerentur: in quo etiam discrimine sunt terrea. Ob id utraq; luto sapientiæ, quod uocant, paulatim undiq; circumlinunt, et siccant, quantum uasis eius, ignis uiolentia attingere debet, etiam si cineribus, arenis, scorijs primum excipienda sit. Nam quæ aquis aut ipsarum uaporibus insident uasa, munimento nullo indigent. Metallica uerò, plumbea, ferrea,

ferrea, ærea, stannea, argentea, aurea, curdamnem, in promptu Galeni ratio est, in singulis propè horum metallicorum generibus. Si enim aquam plumbis tubis delatã affirmat dysenteriam generare, quis metus ab aquis receptorio & capitulo plumbeo destillatis? Adde quòd cerussa nõ pauca in superficie interna plumbei capitelli, ut aceto destillãdo colligitur, sic ui empireumatis cum uapore plerunq; etiam acri, nempe ex plantis acribus, ascendentis, ea quæ aquas ipsas inficit, et magna parte lacteas reddit, donec subsederit. Ex cæteris metallis, quæ uel ferruginem uel æruginem gignunt uasa tantum habent periculi, quantum ferrugo & ærugo nocentior cerussa. Purgatiore argento & auro facta ut sunt innocentiora, sic paratu ob sumptum magis difficilia, Syluius.

Vasa optima sunt uitreata, deinde figlina uitreata (intus forisq;) deinde alembica ex stanno, patellæ (in rosarijs)

ex plumbo. Tertio alembica simul & patellæ plumbea. Nam & lignorum ignis subiectus si modicus sit, plumbo non nocet: sed oportet patellas istas plumbeas in cinere cribrato sitas esse altitudine palmi, non in arena. Quarto alembica ex cupro intus stanno inducta. Quinto ærea. Sed cuprum, & magis etiam æs, duo incommoda habent. primum quod aquas reddunt ad rufum colorem plerunque declinantes, & ustilagine uitiatas. alterum, quod semper uis quædam uenenosa eis inest, magis quam cæteris metallis, ideoque cauendum ab eis monet Christophorus de Honestis, Brunsvicensis. Cum igitur eruditissimi quiq; medici & experientia ipsa, aquas in uasis ex plumbo, ære & alijs impuris metallis destillatas omnino improbant, boni uiri officium fuerit ad magistratum hæc referre, ut pharmacopolis aquas huiusmodi partim nocentes, partim certè inutiles amplius parare aut uendare

nundare non liceat. Bulcasis quidem cucurbitis plumbeis utitur in rosis siccis destillandis : quod forte concedi potest pro illis aquis quæ extra corpus tantum usurpari debebunt. Sunt qui uasa ex puro et optimo ferro parata nõ uituperent, quòd nulla praua qualitas inde, ut aiunt, in materiam aut liquores redúdet : & metallica quædam magno ac diuturno igne destillanda tam ualidis uasis indigere uideãtur. Sed de hoc alij iudicent: ego metallica uasa chymistis reliquerim. Berchile Bulcasis uocat uas in furno aquæ rosaceæ bullientem aquam excipiens ex ahenò iuxta posito deriuatam, cui uasi cucurbita rosas continens imponitur.

De fornacibus, &c.

Fornacũ genera duo destillationi per cineres apta supra descripsi: & Balneum Mariæ etiam ex Bulcasi. Hic aliud fornacis genus delineabo, cuius usus

erit uarius: præcipuus tamẽ cum quid per ignem ualidum destillari debet, ita ut nihil medium sit inter ignem & cucurbitam qua continetur materia destillanda: quo modo olea quędam siue liquores caustici ex metallicis eliciuntur, ut aqua fortis, &c. Erit etiã usus ad sublimãdum: & si quis lebetem in summo super crucem ferreã imponat, eam uel cineribus uel aqua replebit, & luto circumposito quam uoluerit destillationem instituet. Pro aqua forti uerò aut similib. cucurbitam lutatã statim rectã super crucem imponet. Quin & supra tabulã è ligno ualidam hæc fornax construi poterit, ut ego feci, ut in quem uolueris locum transferatur. Ita que super tabula lignea quadram fornacem strues, ea capacitare quę mediocri cucurbitæ imponendæ satisfaciat. parietes ex lateribus eriges, quos luto optimè præparato cõglutinabis. Altitudo pedes duos non multum excedet. Parietes intus pedis plus minus
spatio

spatio distabunt. Constructo iam fundo hostium fiet, O. ubi cineres eximantur, qui à carbonibus à superstructa statim craticula deciderint, quod si etiam altera craticula per quam cineres deciderent interponeretur, (& spatium illud infimum paulò altius fieret,) non opus esset toties eximere cinerem, & ignis foret uehementior. Vocalis I. alterum hostium signat, statim supra craticulam, quã punctis aliquot transuersis ordine positis designaui. Id hostium, ut & inferius, satis est tantum esse ut manus commodè inferi possit. V. crucem ferream indicat, hoc est duo ferramenta, quorum inferius in medio cauum subsides habeat, in quo alterum recipiatur transuerso situ ei impositum. A. & E. quatuor summos angulos fornacis demonstrant, in quibus totidem spiracula (uentilia uulgò uocant) fieri debent. at si fornacem rotundam facere placuerit, spiracula ista inferius alicubi fient, nempe circa crucem, uel statim infra.

lebetes, si quis indetur: quem per b. literam notauit: tabulam super qua fornax tota struitur per c. ut in figura hîc adiecta apparet. Aliud fornacis genus pro oleo uitrioli infrâ describam.



Fornacem pro balneo M. descriptã habes supra, ubi de balneo M. in genere tractamus, ex Syluio. item in Aquæ rosacæ apparatus, ex Bulcasi. De fornacibus diuersis chymisticis & destillatorijs liber Gebri extat. De fornace construenda uide apud eundẽ in libro Summæ perfectionis 1.4.43. ¶ De ro-
farijs

farijs communibus, iu furnis figlinis, etsi quidem ex ære etiam faciunt. Dicemus infra, statim post destillationem per cineres. ¶ De pigro Henrico seu furno acediae. id est canali quo Balneum Mariæ calefit, supra scriptum à nobis est, ubi de Balneo Mariæ in genere egimus.

¶ Carbonum differentias ex Theophrasto: sed meli⁹ ex fabris nostris, præsertim aurifabris, & ipsa experientia cognoscemus. Damnantur fossiles propter odoris grauitatem. Ex fago abieg-nis præferuntur.



Dioptrâ appello instrumentũ, quod quidam faciei obtédunt manu, ne ab ignis uicinia lædant, cum ad uehementioré ignem accedere opus est. Ea est

tabella rotunda in medio per transfuersum excisa, cú manubrio, huiusmodi. Liqueores destilati in phialis uitreis ser-

debent, oris angusti. os epistomio ligneo, præcipuè ex subere occludetur, et insuper inducta cera membranã circumilligare oportet.

Vasa quomodo claudantur & muniantur, tum luto, tum aliter.

Lutare uulgo dicunt pro eo quod est luto illinere, loricare, incrustare. Odores & qualitates eorum quæ destillantur ut melius conseruemus, caput cum corpore, & nasum extremum cû recipiente, qua committuntur, diligenter luto sæpire & aptare oportet. Sunt qui luto simplici cum pilis bubulis subactò ad incrustandum utantur, alij etiam calcem addunt, ni fallor. Sûnt qui calcem cû oui albumine misceant, ad quod festinatione opus est. statim enim induratur materia. alij aliter lutû quod sapientiæ uocant, componunt. Recipiens cum naso non opus habet
tam

tam firmo luti genere. Sat fuerit si cum duabus ceræ partibus unâ resinæ incorpores. Ad hoc opus communis abiogna & impura resina adhibetur, sed purgata. Purgatur autem si ut primû liquata est igne, mox per fasciculû straminû traijciatur & percoletur. De præparatione ceræ ad lutádum per stramen, lege Vlstadium cap. 10. Si caput non satis aptè responderit suo corpori, sed laxius sit, chartã in gyrû ductam interpones. Foris etiam ubi circa commissurã inducendû est lutû, chartam madidam primû inijcito, aut linteû, deinde lutato. ¶ Lutum ad conglutinandum cucurbitã cum alembico, &c. debet cum argilla & pilis fieri, & sicari antequam ignis subijciatur, Bulcasis in oleo de lateribus. Erit autem firmitus lutû, si non modo cû pilis aut lanis, sed & sanguine hircino subigatur: magisq; etiam cum squama ferri. Lutû quomodo pro fornacibus parandum sit, uide infra ubi de destillatione per cineres docemus.

De sigillo Hermetis, id est uitreorum uasorum orificijs candente forcipe per lenem compressionem consolidandis & quomodo postea iterum referari debeant, uide Vlstadium capite uicesimo. Luto muniuntur etiam toto ambitu cucurbitarum illarum quae ignem sustinere debent immediate subiectum, id est bis uel ter, siccata semper priore crusta antequam secunda inducatur, ut cum aqua fortis & oleum uitrioli destillantur. Pro destillatione in cineribus lutatione non opus est: si quis tamen uasorum fragilitati consulere uelit, praesertim ubi plura uasa simul in una fornace ponunt, semel aut iterum incrustasse sufficiet. Cucurbitas illas quibus in Balneo M. utuntur, praesertim cum plures simul ponendae sunt, aliqui panno laneo induunt, confectis ex eo ueluti caligis aut foccis qui infibulantur. Vasa uitrea a iuncti igni diutius resistere si incerentur: hoc est, si cera liquata uasis prius calefactis bis aut ter illinatur.

De præparatione ad destillationem.

Quoniã in destillatione, elementorũ quærimus separationem, siue propter unum plurãue ex ipsis, siue ut ijs remotis quintam essentiam adipiscamur: separatio uerò sine caliditate fieri nõ potest: nam caliditas ea quæ eiusdem generis & naturæ sunt colligit, discrepantia separat: uarios modos, ut hoc ritè efficerent, tum chymistæ tum medicĩ inuenerunt. Vocant autem huiusmodi præparationem diuersis nominibus, digestionem, fermentationem, putrificationẽ. Digestionem dicũt cõparatione concoctionis illius que in uentriculo fit, per calorem innatũ, qui efficit ut ingesta omnia in unũ chymum uertãtur. nam ꝑ digerere & cõcoquere uerba in differẽter accipiãt qui minus Latinè loquunt, notũ est. Quòd si materia siccior cũ liquore cõiuncta sic præparet, uocabulo magis ꝑprio macerationẽ aut

infusionem dicemus. Ceterum fermentatio proprie dicitur ubi vis quædam calida interna, sed ab externo calore aucta uel excitata, in humorem agit, ita ut communis quædam qualitas cum spiritu calido et bullas ciëte per totum corpus misceatur extendaturq̃, ut fit in fermenti proprie dicti cū farina sub acta mixtione: item aceto in terram effuso. Et hic quidē affectus initium putredinis est in ijs quæ humorem superfluū habent. Ab hac nihil differret quæ putrificatio uocat, nisi uase, quod pharmacū destillandum continet, in materia aliqua putrescēte collocato, fieret: idq̃ non aliam ob causam, nisi ut unus idemq̃ calor per dies aliquot continuus & æqualis pauco labore sumptuq̃ conseruet. Materiæ uerò putrescentis odor & qualitas pharmaco, quod in cucurbita uitrea ore diligentissimè obturato conditur, meo quidem iudicio communicari non potest, & si quidam aliter sentiāt. nam si uas diligenter ob-

structum

structum sit, uitiū nullum accidere potest. Accidit tamen aliquando nō propter fimum aliāque externam causam sed quoniā materia in uase excrementitio humore abundat, qui accedente quouis calore extraneo facile putrescit. Ipsum quidem uas uitreum utcunque longo tempore in fimo permanferit, nihil uitiatur, nec obscuratur, præsertim si ex optimo uitro fuerit quale Venetum est. nam uulgare uitrum uiride nebulam quandam, & ueluti cutim in superficie acquirit.

Destillatio quæ à putredine fit, uel fimi equini tam solius, quàm cum calce paulatim irrigata & sæpe mutata, uel corticum humectatorum, uel aliorum putrentium, ut chymistis fuerit in multis utilis: medico tamen non est recipienda, propter causam in lignis putribus & ex putredine uel alia de causa graueolentibus, si præsertim intra corpus est recipienda. nam admouendorum foris minor habet ratio, Syluius.

De hac destillatione in fimo equino, uide supra in fine eorū quæ de Balneo M. in genere scripsimus. In præsentia quidē de putrefactione potius quā destillatione agendum erat. Sed quoniā putrefactio quoque in fimo equino improbanda uidet̄, si destillatio in eo uituperatur, nō omnino præter propositū nostram & aliorū super hac re sententiam hoc in loco exposui.

Putrefactio in fimo equino cum calce, aliās sic fit, ut fimus quotidie aut alternis diebus, maioribusue interuallis aqua tepida aspergat̄, aliās sine aspersione, cū scilicet per se satis calidus fimus uidet̄. Scrobe effossa in aliquo domus angulo fimi equini stratū ponit̄, altum circiter pedē, id est tres palmos: deinde alterū calcis ad palmi unius tantū altitudinem, & sic deinceps alternis. Opus est autem plerunq; fimi tribus oneribus. quanta baiulus gestare potest. Sunt qui destillanda, in uino prius macerata præsertim, in lagenā stanneā infundant,

fundant, eãq; clausam in calce uiua cõ-
dãt, quam aqua pluuiali per interualla
extinguunt. Alij fimo equino stramen
de culmis auenæ miscēt, & aqua calida
asperfa, uas imponūt, totumq; stuppis,
pannis aut sacco inuoluunt, in aliqua
dom^o parte ubi frigori accessus nõ sit.
Alij in uinaceis per autumnũ condūt,
alij in oliuarum fracibus, id est post ex-
pressionẽ reliquijs omniũ optimè, ut
Cardanus docet. Pro leui quidẽ calo-
re simpliciter in stramenta concisa im-
poni satis est. Germani quidam qui in
stibis degūt per hiemem (hypocausta
aliqui uocant, ego zetas potius) fornac-
es in eis humiliores faciūt, & in super-
ficie superiore duas aut tres ollas uitre-
atas imponunt super bacillis ferreis, lu-
toq; diligenter muniunt. In his tenuissi-
ma arena repletis, aut cinere, & destil-
lari aliquid potest, quod & ipse experi-
ri uolui, & liquores quidam præpara-
ri aut rectificari, & cætera. sic sumptui
& labori parcitur.

Aliqui ut ma-

teriam destillandam in Sole digerant, caua specula in hunc usum conficiunt, quæ quos exceperint radios reddunt, & reflectunt in uas quo materia continetur. ad hoc, ut audio, commodior foret figura parabolæ cauæ. est autem parabola coniectio: Vide Archimedem in libro de speculis comburentibus. Idem commodè fieret globis crystallinis suspensis inter uas circulatorium et Solem, ita ut Solis radij per globos ad uas pertingant. Sed horú ipse nihil expertus sum. Vnus omnium istarum præparationum finis est, ut liquor facilius, uberius, & efficacius etiam extrahatur.

¶ Digestionis tempus pro materia uariat: quæ quo solidior est, eò longiore indiget tempore. Herbaræ recentes breuiore egent tempore, cum in uino alióue liquore macerantur: sunt enim molliores, & diutius relictæ mucorem contraherent. eadem aridæ paulò longiore. deinde semina, postremò radices:

ces: ita ut duplū ferè temporis sequentibus debeat. herbis recentibus dies tres. aridis septem. seminibus & aromatibus plerisq; duodecim aut quatuordecim. radicibus uiginti octo: aut minus si recentes fuerint. Sunt quæ per dies quadraginta relinqui iubent medici quidam, chymistæ uerò etiam amplius sua metallica. Hoc etiã refert an ab initio statim trita infundantur, nam ea quoq; multo breuiori, duplo fortassis, tempore egent, quàm quæ integra imponuntur. In aquis aureis, ut uocant, aromata aliquando integra per dies aliquot in uino macerari: tum exempta tritaq; rursus infundi & per aliquot dies adhuc relinqui solent.

Putrificatio herbarum destillandarum in fimo equino ferè per dies quatuordecim fieri solet: in balneo Mariæ uerò per duos aut tres tantum dies naturales, Brunsvicen.

Putrificatione præcipuè indigēt quorum substantia siccior est, crassa, densa,

cruda minus quæ contra se habent, & per naturam aut Solem digesta præparataque sunt.

Putrificatio citius perficitur tempore nubilo quam sereno, Vltadius.

Plerisque quæ in fimo equino præparantur, aliquid salis adijcitur, ut animalium sanguini, carnibus piscibus. Guayneri^o.

Vt digeras, accipito alembicum cæcum: si uerò materia pura sit, ut liquor purus, uas circulatorium, in quo genere optimus est pellicanus. quanquam is uix fieri potest, nec nisi magno sumptu, &c.

Ceterum in digestione seu putrefactione, uas totum occultari debet fimo equino aut uinaceis, &c. Ad circulationem uerò media pars uasis aut saltem tertia, in aerem liberum & frigidum eminere debet (ut etiam ad destillationem,) Vltadius cap. octauo, ubi pluribus docet de putrefactione in fimo.

De rectificatione liquorum
destillatorum.

Aquæ

Aquæ in Balneo M. destillatæ, in solari & rectificari debent: nempe in uase uitreo (cuius os corio obligatû sit) aqua destillata repleto, sic ut tertia pars uacua relinquatur, in arenam feruentem imposito per quadraginta dies, ut phlegma omne consumatur. debet aut tertia pars uasis in arena condi. Destillatæ ueró calidæ facultatis aquæ, in uino aut aqua ardente prius infusæ, ne nimio calore homini noceant, loco frigido in arena humida per mensem aut amplius, si feruidior aqua sit, relinquuntur, similiter tertia parte uasis in arenam condita: aut duæ uasis partes (duæ tertiæ) in ipsam cellæ uinariæ terram defodiuntur, Brunsvicensis.

Aqua quæq; repetita destillatione, præsertim super fæces bene contritas, rectificat: eoq; magis quo sæpius destillatio eius repetita fuerit: sed plerisq; ter aut quater repetiisse sufficit. Curandû aut ut singulis uicibus phlegma omne

diligenter separetur, quod fit si uel primus liquor, aut si aqua ardens destilletur, ultimus, qui aquosus est, seorsim excipiat, &c. Phlegmate iam separato, ultima per circulatione, (de qua iam proximè dictum est, diciturq; amplius in Titulo de quinta essentia,) reſtificationo adhiberi debet.

Vt uerò empyreuma quod his inest paulatim expiret, satius fuerit phialas, quibus hi liquores seruantur, apertas aliquandiu tenere: obseruando tamen ne interim odoris gratia, & cum ea uirum multum exhalet, Syluius. Liqueores destillati diuersi aliquando si miscantur, turbulenti fiunt instar seri: & plerunq; liquor uetus cū recente mixtus perturbat eum. His puritatem & claritatem reddes, in libras tres aceti albi accerrimi sex aut octo guttis iniectis: nā turbulentam materiam ad fundum detrahunt, Brunſuicen.

Destillatio per filtrum.

De-

Destillatio per filtrum chymistis magis in usu est quàm medicis, excogitata ut leuior & subtilior puriorque pars à crassiori & fœculenta separetur. Itaque succi herbarum sic destillari possunt, in uase aliquo positi, in quo pannus laneus imponatur, cuius pars latior tantum in uase sit, tenuior & in angustum desinens, siue in unâ fasciolam mucronatam, siue in duas aut tres discissas, extra uas depēdeat. debet autem uas modicum à latere fasciæ inclinari. Licet & marginales aliquot panni fascias imponere, singulas ferè longitudine pedis: per quas liquor in uas subiectum deriuabitur. Quod si iterum aut tertidò sic destillare uoles eundem succum aut liquorem, uas primum in quo liquor est in scalis ponere potes altiore gradu, secundum inferiore, & sic deinceps, cum fascijs panni in singula uasa impositis et dependentibus in subiecta, ultimum solum fascijs carebit, quod excipere tantum debet, non etiam effundere.

Destillatio per filtrú fit etiam in duobus retortis uasis uitreis bene lutatis, quorú unú altius stet altero, cū liquores pretiosos & odoratos à materia (si gesta prius in Balneo M.) detrahère libet: ut meminit Vlstadius capite 36. Ad syrupum qui de acido citri succo conficitur, succú illum destillari oportet per pannú seu filtrum: alioqui coagulatúr cum refrixerit: & similiter succú limonum & arantiorum.

Per filtrum aliqui destillant etiã herbarum decocta ad lenissimum ignem facta, quæ postea paulatim ad spissitudinem mellis decoquunt, ut è radicibus ellebori nigri. Alij simpliciter colare contenti sunt.

*DE AQUA ARDENTE SEU
aqua uitæ simplici, eiusq; uiribus
& usu multiplici.*

Aqua ardens, seu aqua uitæ, à uino extrahitur, apud nos ex facibus
tan-

tantum ab ijs qui uulgò uendunt, & ex hoc uno ferè uictú quærunt. Et fortè nihiló deterior est quæ à fæcib. detrahît: nã Lullus à corrupto etiam uino rectè separari posse docet: mò si aliquoties destillet, efficacior fiet, hoc est calidior & siccior. nam fæces etiã ustæ, perq̃ calidæ sunt, & calidissimú reddút oleum, quod de tartaro uocát. Sed quæ à uino detrahitur aqua ardens, suauior mihi futura uidetur & odore saporeq̃ gratior, & nihil ustilaginis respiciens: & ad quintam essentiam quoq̃ aptior. Aqua ardens uocatur etiam aqua saponis, ex qua oleo admisto fit sapo, urit enim corpus & uesicat. Fit autem hæc aqua, tanquam lixiuium, ex duabus seu tribus cineris partibus & una calcis. & illa est fortior, in qua ouum submersum magis supernatat extra aquã. itaque primo sic facta, fortior est secunda ad usum cauterij. Monachi in Mesuë. ¶ Aqua ardēs sæpius destillata. eò acuitatis deducit ut bibi nõ possit, Car

danus. sed hoc uulgò notum est. Solent autem uulgò qui uendunt bis tantum destillare: ad encaustarū uitriariorum uero usum quater, ni fallor. Nos supra docuimus, quomodo semel aut iterū destillata in serpentinis aut alijs cósuetis uasis (cannis brachialibus æreis,) in cineribus postea perfici possit donec phlegma omne deponatur: qua ratione non tantum calidior & subtilior fit, sed etiam gustui gratior odoratorq̃.

Neq̃ corporum quæ uocant, neque capitellorum (quæ alembica dicunt) una omnibus ad omnes succos destillandos est forma. Nam aqua trahitur quibusdam ex uino imposito in uas æneum magnum igni incubans. Cui colū crassum tripedale est, & collo huic insidens capitellū etiam æneum in pyramidem fastigiatum, ambiente id uelut situla aquam frigidam continente, ut celerius uapor largus à capitello refrigerato densetur, & ne ignem sic referat aqua uini. Alijs loco colli & capitelli

telli uaporem excipit fistula ex ferro al
bo uel alio metallo, prælonga in mul-
tos anfractus mæandrorum modo &
serpentum cõtorta (unde ei uulgo ser-
pentinæ nomen est) in aquam magna
sui parte merfa. Alijs alia quoq; est for-
ma, Syluius.

Formas uasorum diuersas aquam ar-
dentem destillandi, apud Gualtherum
Ryffium & And. Lonicerum depictas
uidimus. Bulcasis ait uinum ita destil-
lari posse, ut acetum, cuius destillatio-
nem descripserat: Vide infrâ, mox post
Titulum de destillatione in cineribus.

Sunt qui ab operculo lebetis uinum
aut fæces continentis fistulam teretem
rectâ ascendentem faciant, infrâ largio-
rem, ut quasi coniformis sit. eam supra
recto ferè angulo flectunt, & per situ-
lam aqua frigida plenam sedi altiori im-
positam dirigunt, simplici quidem nõ
intorto ductu. sic copiosam aquã red-
di aiunt. Similia instruméta parua phar-
macopolæ quidam parant, & uescas

uocāt: ut si quo alicuius herbæ stillati-
tio liquore indigent, ex tempore confi-
ciant. quin & aquã superfundūt, ut co-
piofior reddatur, quod minimè laudo.
¶ Aquã ardētē satis destillatã esse, hoc
est ut minimũ quater, & à phlegmate o-
mni purgatã, intelligit, si accensa, tota à
flãm̄is consumatur, ut nulla prorsus hu-
miditatis nota in fundo uasis relinqua-
tur. aut si intinctum in ea linteolum ac-
censum non comburatur, quod maio-
ris perfectionis indicium est, ut illud e-
tiam si iniecta olei gutta subsidat. Ole-
um enim aerium est, quo substantia i-
gnea, ad quã aqua ardēs toties destilla-
ta peruenit, leuior esse debet. Sed ultra
caliditatem repetitis destillationibus
maiores subinde tenuitatē acquirit.
& cū ignis quilibet quò crassior est, eo
magis urat, quo tenuior eo minus, te-
nuissimus sanè omniũ minimè uret. Ea
dem causa est, quò gutta aquæ uitæ in uo-
lam infusa, quò melior fuerit eò citius
euanescit & cōsumitur. Audio & hanc
esse

esse notam huius aquæ laudabilem, si succinum accensum eiq̄ in cochleario immisum ardeat. Cum uinum (inquit Vlstadius cap. 10.) bis aut ter destillatū fuerit, spongiam subtilem scinde in frusta ita magna, ut ab omni parte possint attingere cucurbitam in parte superiori, (nempe in ambitu interiori.) debet autem alligari spongia tribus aut quatuor funiculis extra eminentibus, quando super imposueris alembicum, ita q̄ spongia non possit in fundum destillatorij cadere. & intingatur in oleum oliuæ, & parum iterū exprimatur, ne forte oleum in cucurbitā incidat & cū materia destillanda misceatur. Tum alembico superimposito claudatur cum cera (uel resina purgata) prædicta. Per hanc spongiam spiritus optimè destillabuntur, & phlegma propter oleum non transibit. Et hoc modo plus proficies una destillatione, quàm alioqui tribus. Alembicus tamen sit factus absque limbo, ut cæci, sed rostro non

carcat, Hæc ille. Nostri phlegma quod in fundo remanet à fæcibus destillatis, aquam mortuam uocant. est enim insipida & fœtida. Talis, hoc est fœtens, à folis ne fæcibus reddatur, an etiam uino, non sum expertus.

. Pro aqua ardente destillanda, uinum eligendum est optimum, nigrum, uel rubeum, uel album. Nigrum quidem & uetus uberiolem & meliorem aquã reddit. Ignis primò leuis, deinde uehementior fiet: sed cauendum est ne ullo modo bulliat uinũ. Quæ elicitur aqua, ardens cognominatur, aut anima uini: & cum bis uel ter destillata fuerit, aqua flagrans, Albertus ut quidam citant.

¶ Ex fæcum quinque partibus duplici destillatione, hoc est prima & secunda, unam relinqui audio, uel paulò minus. Phlegmate omni iam consumpto, nihil amplius destillando amittitur, sed totum redditur. De quatuor mensuris uini, plerumque una mensura aquæ ardentis colligitur in prima destillatione

latione, plus minus secundum bonitatem uini. Deinde in altera destillatione, pro una mensura redit dimidia. In tertia, pars una de quinque consumitur: in quarta tantundem redditur, quantum imposueris, ut plurimum, si destillatio ritè fiat. Perges tamen destillare. sic enim aquam magis magisque perficies, ita ut nona & decima repetitione quæ perfectissima euadat. Sed quoniam ad destillationem toties repetendam & tempore maiore & sumptu opus est, tertio aut quarto destillata aqua sæpe sumus contenti, & perfectam uocamus. Et sanè ut citius tardiusue perficiatur aqua, plurimum refert instrumentum. Vapor enim magis destillatur in prima destillatione canonis, quam in tribus serpentinae. (Vide an legendum sit, Vapor enim magis destillatur & perficitur in una destillatione quæ per serpentinam, id est cannam anfractuosa fit, quam uel tertio repetita per cannam rectam.) Sciendum præterea quod tres

diuersæ aquæ ex prima destillatiõe col-
ligi possint, quarú prima perfecta est, il-
la scilicet quæ ardet & igne consumi-
tur, linteum ueró in ea intinctũ quãuis
ardens non consumitur. (facies igit ali-
quoties periculum, et cum ardere aqua
desierit: quod in destillatorio superest,
tanquam inutile auferes. Secunda in-
ter utilem & inutilem media est.) Ter-
tia inutilis, nisi quòd oculos & faciem
clarificat, si ter quotidie, mane, meridie
& uesperi inde lauetur. (Sed hæc uis
tertiæ aquæ, si ex uino destillatio fiat,
forte uera est: sin ex fæcib. ut apud nos,
non uera.) Porrò destillatorium non su-
pra duas partes impleri debet, ut tertia
relinquatur uacua, & uaporibus suum
sit spatium, Hactenus Lullus.

De uiribus aquæ uitæ ex libro Arnoldi
de Villa noua qui de aqua ui-
tæ inscribitur.

Arnoldus in libro de aqua uitæ quam
plurimas.

plurimas eius facultates describit, tum ipsi⁹ per se, tū alijs medicamētis admixtis ei post destillationē, seruato 12. signo rū ordine à capite ad pedes. quoniā, ut ipse ait, remedia capiti adhibenda multò efficaciora sunt, si eo tempore admo-ueantur, quo Luna in ariete est, & similiter in cæteris: idquàm uerum mihi uideatur, nunc non dicam: hoc tamen nō tacebo, quo nostro seculo doctior quis que est, eò minus illum huiusmodi persuasionib. quas Arabes in rem medicā inuexerūt, tribuere. Aqua uitæ simplex (inquit Arnoldus ex nescio quo Theoderico) rūpit abscessus tū intrinsecos si bibat, tū illita extrinsecos. Rubentes & caligantes oculos emēdat. fluxū lachrymarū restrīgit. Epilepticos pota iuuat, paraly sin inūcta curat. Ingenium acuit. memoriā restaurat. Exhilarat, & iuuentutē cōseruat. Lentigines, impetigines, et oēs maculas faciei tollit. Synanchen gargarifata curat (& uuā humore flaccidā:) itē phlegma falsum, guttā rosaceā

& dolorem dentium remouet. Maniacis & melancholicis mirabiliter confert. Venenum fugat. Odor eius (accensæ) muscas & reptilia frigida interimit. Decoquit carnes, & pisces à putredine seruat. Vinum putrefactum restituit. Extrahit uirtutes herbarum & radicum, si per quatuor dies (aliàs horas) imponantur in ea, uiola tantum excepta. Debet autè reponi in uitreo uel argèteo uase optimè clauso. Melior uberiorq; fit ex uino uetere, puro et rubeo, Hæc ille. Qui plura desiderat, quod ad uires aquæ ardentis, legat quæ superius scripsimus de uiribus quorundam liquorum quos aureos uocant nostri, & aquas uirtutum. Nam plerasq; omnes facultates ex æquo tum illis tum aquæ uitæ simplici adscribunt, & multò magis compositæ, maximè uerò quintæ eius essentiæ: Adeat præterea Lullum in libro de aquis. Vidi etiam Alberto adscriptum quoddam fragmentum de aquæ ardentis uiribus. Sed homines empirici

pirici rerum atq; temporum imperiti,
 aut ut sponte decipiant quos possunt,
 multa impudentissimè Galeno etiam
 & Hippocrati & Aristoteli, de aqua ar-
 dente scripta attribuunt. Frigidas pas-
 siones omnes, quæ curabiles sunt, bre-
 uis curat: præcipuè uerò cerebri, neruo-
 rum & iuncturarû affectus. Tineam &
 ulcera, omnemq; scabiem, si assiduè la-
 uetur, curat. Lienem iuuat. Vermes o-
 mnes interimit. Anhelitum foetentem
 emēdat. Lumborû dolorem tollit. Mē-
 bra læsa, si illinatur, pristinae reddit sani-
 tati. Carnes & pisces à putrefactione
 præseruat: sed antequam edantur aqua cō-
 muni ablui debent. Camphora in eam
 imposita, dissoluitur. Infusa in eam a-
 qua communis, fundum petit: & simi-
 liter oleum, Hæc Albertus ut quidam
 citant.

¶ Sapor eius sapes omnes exce-
 dit, immutatq; & odor odores omnes,
 Lullus. Calorem natiuuū magis quàm
 ullum aliud remediū confortat, uentri

culo, cordi & hepatis saluberrima, sanguinem nutrit, cū hominis natura mirā et maximē conuenientē habet familiaritatē. Membrorū, uenarū & meatuū omniū orificia aperit & purgat: obstructions tollit omnium, & oīa corroborat. Quin etiā animi affectus immutat, tristitiā & anxietatē tollit, lætos ingeniosos & animosos reddit, Lullus. Capitis dolorē illita aufert: lumbricos interimit à ieiuno pota. Animi deliquia excludit. Ulcera pudēdorū sanat inde abluta. Stomachicis succurrit. Fluores omnes exterminat. Cadauera ne corrūpanť à uermib. cōseruat. Caniciē excludit. Prægnātibus nō concedit. Capitis pituitā aut catarrhū emēdat. Potentiā ad coitū auget. Auditus difficultati auribus infusa prodest. Cum uino mixta & pota comitali medet. Ore diutius retenta uarios dentium dolores tollit. Oculorum maculas seu albugines abolet (infusa nimirū:) fluxiones uerò eorū auertit, uel ore tantū retenta. Lepram
ali-

aliquādiu prohibet & occultat. Putrida ulcera corrigunt̄ impositis madentibus inde linteis. Cum pauco apij decocto calculos uesicę pellit. Mulieres fœcundas reddit, grauidis nocet. Dolores diuersos curat, et ofsib. quoq; fractis utiliter calida (cū stuppa aut emplastro aliquo) imponit̄. Spasmū in crurib. illita remittit, Innominat^o. Sūt aut̄ pleraq; ut uident̄, ex Lullo desumpta. ¶ Noui ego mulierē uetulā, frigidā, cachecticā, in sudario per aquā ardentē intus accēsam calefacto, restitutā. ¶ Sunt q; Constantini testimonium de uirib. aquæ ard. adducāt. ¶ Aqua uite præter cætera ad stranguriā et alios uesicę affectus ualet: ad tertianā & quartanā febres cum frigido humore coniunctas: ad lupum, ad uermes, ad ulcerosum doloris sensum. Menses in mulierib. promouet. Calculum renum frangit & expellit: & fœtus mortuos absq; magno dolore. Fluores uteri cuiuscunq; coloris emendat. Perfectam esse aiunt, quæ ex decem

uini partibus ad unam redacta fuerit, (hoc tertia aut quarta destillatione fieri putō.) Capiti illita uermes, crustas, scabiem, porriginem, & achôres sanat. Maculas in facie & alibi tollit. Oua fracta aut quibus adempta est crusta, si imponas, in ea coqui possunt. Apoplexiã, tumores, phlegmata, tenesimum & lassitudinem inuncta sanat. Morpheam potu & illitu emendat. Cutim mollem & puriorem reddit. Deniq; contra morsum canis rabidi ualet. Vulnus quoduis aqua ard. ablutũ egregie sanatur, ita ut nihil mali symptomatis superueniat.

Ego cum aquã ardentem, nimis calfacere & siccare perciperem, mel aliquando admiscui, unde & suauior potus; & mitior factus est, uentriculo frigido utilis, per hyemẽ præcipuè. Sunt qui cum aqua mulsã permisceant, aut potius cum apomelite, quod uulgo nostri ex fauis faciunt, &c. Aliqui caricas eo perfusas, & accensas, calidas deuorant.

rant. Licebit & quemuis fyrupum, pro
ut morbus requiret alium atq; aliú, dul
cem admiscere.

Vinum ne conturbetur aut putre
fcat, decima pars ardentis aquæ infusa
efficit, melius longè sulfur, sed odore
prodit dolum. idem potest alumé, sed
noxia ambo, ualetudini uehementer
obsunt, Cardanus.

Si uinum per saporem uasorú uel u
uarum fuerit corruptum, aqua ardente
infusa restituitur. Eadem uinú pendu
lum recentius purgat: item uinú putre
factum, & acetosum quoq; nam acetú
conuertit. Deniq; cuius malo aut cor
rupto odorem & saporem bonú con
ciliat. ex bono etiã uino melius reddit,
Albertus ut quidã citant. Cum uinum
infundendú est uasi uacuo, pleriq; or
biculum ex sulfure incensum immit
tunt: alij aquam ardentem, intincta in
eam stuppa.

¶ Vinum cui datur omnis sapor &
odor in momento, & est res curiosa,

maximè pro diuitib. qui diuersitatem uinorù ostentare uolunt, & etiam utilis. possunt enim uino hoc modo communicari diuersorum remediorù qualitates. Herbæ, semina aut aromata quæ uis infundantur in aquam ardètem per horas uiginti quatuor, sic uis illorù extrahetur. Tum aquæ sic imbutæ modicum uino bibendo miscebitur, Arnoldus de Villa noua.

Cum aqua ardente aromatis. imbuta quomodo fiat uinù quod uulgò Hippocraticum uocant, in Vinis dicam.

De quinta essentia uini dicam infrà sub Titulo de quinta ess.

DE IIS QUÆ ARIDA DESTILLANTUR IN LIQUORE ALIQUO INFUSA.

QUÆ sicca uel arida sunt, destillari non possunt, nisi in liquore aliquo infusa & macerata fuerint. De his hoc in loco scribam: de ijs uerò quæ recentia in liquore aliquo ante destillationem

tionem præmacerantur, inferius inter aquas cõpositas, statim ab initio. Quãuis & illæ de quibus hic agimus, compositis adnumerari potuissent. Arida igitur conterunt primum, deinde in aliquo liquore macerantur, uino, aceto, aqua pluuiali aut fontana, atq; his ipsis uel crudis, uel destillatis: acetum quidem & uinũ hunc in usum aliàs semel aliàs sæpius destillant: aut in alio quoquam stillatio liquore. Poterunt & in plãtæ alicui⁹ succo macerari, eoq; simili ter crudo, aut (quod præstat) destillato. Aqua ardēs rectificata aromatib. macerandis magis cõuenire uidet, nisi nimiam caliditatẽ, qua utẽtes detractõ inde liquore affici possent, uitem⁹. Aliqui cinnamomũ contritũ aqua fontana affusa destillant, ut inter olea dicemus. Semina etiã & alia aromata, a quibus oleum elicitor, in aliquo ex prædictis liquoribus macerant. Præstat autem hæc omnia, arida dico, infusa, in cineribus igne lento destillari, meo quidem iudicio.

De aquis uirtutū seu aureis, quæ fieri solent salua alijsq; herbis odoratis & aromatibus in uino infusis, infra dicā inter aquas compositas : & de ijs quæ in aqua ardente infundunt̃ inter aquas uitæ cōpositas. Refert etiam quamdiu infusa in uino macerent̃. nam recentia, tenuia, rara, minori tempore indigent, quàm sicca, crassa & densa: & contrita quàm integra. radices quàm semina & aromata: & ea rursus quàm herbæ. Vide superius ubi de præparatione destillandorū præcepimus. Vulgaris quidē consuetudo ea ferè tantū sicca in uino infusa prius per aliquot dies destillat, quæ odoris maximè gratiā requirunt, ut aromata & herbæ odoratæ. Sed reliqua etiam omnia quorum odorem saporemq;, qualiscunq; is sit in liquore stillatio, seruari uolumus, rectè destillantur in uino infusa, ut supra etiā docui, ubi de aqua absinthij mentio fuit, & de uiribus remediorum retinendis in aquis destillatis. Et fanè in ijs quæ
cum

cum recentia sunt, & humore multo abundant, ideo q̄ minus odora sunt, ut gentiana, astrantia, iris, baccæ iuniperi, & alia, liquores ex ficcis in uino aut alibi infusis magis probarim. si quæ uerò ad eò rara uel tenuia sunt, aut nullius odoris, aut refrigerare & humectare debent, ea recentia potius destillanda fuerint. Est quando anni tempus aut recetium inopia, ad sicca confugere cogit.

Gentianæ aqua. Gentianæ magnæ siue albæ, (cuius radices pinguisimæ sunt, & uino infusæ, nec ipsæ corrumpunt, nec uinū corrumpi sinunt, ut ipse per bienniū expert⁹ sum) libras quatuor radicū recentium, aut potius siccarū, concisarū minutatim, in duo uasa uitrea magna iuxta fornacem in zeta ponito aut suspendito, uase diligenter occluso: & uinū generosum superfundito ut per duos digitos excedat. perges autem recens affundere donec radices imbibere desinant. & sic eminente p̄ duos digitos uino, ut dixi, uas per

menssem relinques: & demum in duab.
 cucurbitis uinum cum radicibus distri-
 butum destillabis in Balneo M. uel in
 cineribus igne lento. De aqua cen-
 taurij minoris & gentianæ simul in ui-
 no destillatarum, uide infra inter aquas
 compositas.

Baccæ iuniperi etiam aridæ uino in-
 fusæ optimum & suauis odore liquo-
 rem reddunt: absinthium uerò (dies
 paucos præmaceratum) perquam ef-
 ficacem & amarissimum, id quod magis si
 in cineribus destilletur. quorū utrunque
 nos experti sumus.

Pyretrum uel recens uel siccum ui-
 no infunditur, aut aceto simplici destil-
 latoue.

In aqua ardente etiam infusa, ut di-
 xi, uim suam ei communicat: sed mul-
 tò efficacius hoc fieri audio, si contri-
 ta remedia ab initio statim fæcibus ui-
 ni destillandis (ex his enim potiùs, quàm
 uino aquam ardentem nostri eliciunt)
 admisceantur. Sic & absinthij aquam
 &

& alias optimè parari, quidam ceu rem arcanam me docuit. ego eius rei periculum nondum feci.

Aqua rosacea cum rosis siccis sic fit. Rosis siccis superinfunde aquam, non amplius quàm ut in ea macerari possint. Transfer in cucurbitas uitreas aut plumbeas, & destilla paulatim. Utilis erit hæc aqua in remedijs, & ad ornatum (seu odorem.) Est qui libræ uni rosarum siccarum, aquæ libras decem affudit, & destillauit satis bonam. Sed hoc non fit, nisi cum ex recentibus fieri non potest, *Bulcasis*. Si rosæ quas incarnatas uulgò uocamus, siccatae, uapore aquæ calidæ humectatae destillentur, aquã rosarum bonam reddent, *Syluius*.

Nucis uomicæ aqua siue succus igne decerptus, aquam calore, non odore uel sapore imitatur, præstantissimum contra uenena remedium, *Cardanus* libro secundo de subtilitate. Et paulò

post. Si uenenū recēs sumptum adhuc in uentriculo maneat, præstantissima sunt auxilia quæ uomitū ualidū prouocant, lac, lixiuiū, oleū, aqua nucis uomicæ. Ego per succū igne decerptū, aquā destillatā ab eo intelligi puto. nā & aquam nominat, q̄ colore ei similis sit, non item odore saporeq̄, quod aquis destillatis conuenit. Sed cū nux uomica tota durissima siccissimaq̄ sit, apparet scobem eius oportere in aliquo liquore macerari, ut aqua, uino, aqua uitæ, aceto. Ego in aceto potissimū macerārim, quod & uenenis per se resistit, & ad uomitum quoq̄ ciendum prodest.

Aquæ ex recentibus plantis destillatæ (inquit Brunswicēsis) præferri debēt. Quæ si quando haberi nō possunt, siue aliam ob causam, siue q̄ peregrina quæ dā arida tantum adferunt, ut spica, salinca, stichas, schoenuanthos, epithymus, &c. ex aridis hunc in modū destillabis. Mense Maio quotannis ante Solis ortū, cū ea nocte nō pluerit, & cœlum
tue-

fuerit serenum, rorem colliges, ex prae-
to aliquo diuersis herbarum & florum ge-
neribus uirenti, non aquoso aut uliginoso,
neque in concauo loco, sed potius in
monte aliquo si fieri potest. Colliges au-
tem linteum album extensum per her-
bas trahendo, donec roris plurimum
imbiberit. tunc exprimes in aliquod uas,
& iterum trahendo replebis & expri-
mes, donec satis collegeris. Hunc ro-
rem in balneo Mariae ter destillabis, &
in Sole rectificabis, (nempe in arena fer-
uente per dies quadraginta,) & serua-
bis per annum. Quocumque autem anni tem-
pore liquorem ex herbis siccis desyde-
raueris, sic facies. Herbarum quas in um-
bra siccabis, (folijs distinctis seorsim ser-
uatis) quantum uolueris in uase uitreo
pones, & roris aquae superinfundes ter-
tantum: aut tribus uicibus ita ut primum
tantum infundas, ut herbae satis operi-
antur aqua, & rursus bis tantum. Dein-
de per duos aut tres dies in fimo equi-
no ponas, destillabis: iterumque putrifi-

cabis: ita ut tertio alternis putrificetur ac destilletur. Hæc sanè aqua multò præstantior erit, quam si quis, ut *Bulca* *sis* scribit, ad unam aridarum rosarum (aliarúmue herbarũ aut florum) aquæ communis libras decem affundat, & mox destillet. Medicus quidam peritissimus, si ex aridis modo iam dicto aqua destilletur in rore infusis non tantum, sed nouies destillato, meliorem aquam scribit futuram quàm si ex recentibus fieret, quæ multum phlegma secum habent. Idem ait rorem nouies destillatum uires ex plantis ei infusis non minus extrahere quàm aquã uitæ, *Hætenus Brunsvicensis*.

Rori quidem per se etiam uis medicata inest, ut in aqua eius destillata alibi docet *Brunsvicensis*. In comitiali morbo si placentulam ex farina cum nocturno rore diui *Ioannis* sub cinere coxeris, ac eam infirmo dederis commendandam, sanari aiunt, *Alexander Benedictus*.

DE QVINTA ESSEN-
tia remediorum.

QVintam essentiam nominat sum-
mam & cœlestem in quacunque
planta, metallo, animali, aut partib. eo-
rum facultatem & uirtutem, quæ toti-
us essentiæ ui & puritate, nõ ulla elemē-
tari aut sensibili qualitate, etsi absque
qualitatibus non sit, humani corporis
ualetudinem conseruet, iuuentam ex-
tendat, senectam differat, & omne ge-
nus morbos abigat. De hac primus om-
nium Raymundus Lullus scripsit, om-
nibus suo etiam seculo medicis ignota,
nec literis prodita, nec usu ipso tētata.
Illum præter alios sequuti Io. de Rupe
scissa, (quæ tamen quidam ante Lullum
floruisse putat, ut suprà scripsi, ego con-
temporaneum fuisse iudico,) Hierony-
mus Brunswicensis, Philippus Vlstadi-
us, & alij forte pauci, & ipsi quædam li-
teris de eadem mandarunt. Est autem
alia simplex, ut celebratissima illa uini

seu aquæ ardentis quinta essentia, chelidoniæ, sanguinis humani, fragorû, antimonij, &c. Aliæ compositæ, nempe cum remedia quædã ad aliquam quintam essentiam iam perfectam adijciuntur, ut vires earum extrahat, quibus & aurum potabile adscribi debet.

¶ Dubitatio oriã, inquit Cardanus, an aquã liceat facere temperatam, quã Quintam uocãt essentiam. Erit autem hæc, ut docebo, æther, id est substantia tenuissima mobilis, & quæ motu calorem temperatum retinet, & eum plurimum. Hæc igitur vires omnes conseruare potest, & uitam producere. Nam cum tenuissima sit, miscet se humido primo penetrans solida, ac excrementa separat quæ in illo continent. Quia uerò calidi plurimum habet, eijcit impurum quicquid est, naturalemq; ob id calorem instaurat. Nihil enim aliud est senectus, quàm naturalis caloris imminutio. imminuitur uerò, quia motus prohibetur, ut de igne dixi. similis est enim

enim huius ad illum ratio. Motus ueró prohibetur ob terreæ substantiæ abundantiam. Quoniam sola terra plurimã habet materiã, & motu omnino caret. Ergo aqua illa calore cum sit sic temperato, nec cor uexabit, nec iecori infesta erit. Itaq; sola hæc ista quę diximus præstare potest. Cum igitur ardens aqua diuturno circulationis motu tenuitatem retinens, caliditatem acumenq; saporis ac odoris exuerit, æther est: actũ primũ fragrat. Est enim nil aliud odor fragrãs, quã acutus cum moderatus extiterit. Indicio est q; piper nõ fragrat &c. Igitur ardentem aquam, si ad temperamentum redierit, tenuitate retenta, necesse est fragrantem fieri: & si fragrans fiat, necesse est uicissim in æthera esse conuersam. Fit & quæ iuuentutem instaurat aqua cum tyri carne, fit & cũ elleboro, qualem apud patrem meum uidi. Sed hæc diuexãt corpora, & iuuentutis imaginem fucatam reddũt: æther ueró ueram præstat, cum eam retineat

diu quam quis habet & exornet. Sed nunquid igne qui calidissimus est, tenuior æther? Certe sic. nam cœlo contiguus, ideoq̃ leuissimus. impressam enim ab astris caliditatem circulatione moderatur tenuitate retenta, atq̃ eodē modo hæc aqua calore ignis ad summam redacta tenuitatem motu ipso refrigeratur ac temperiem acquirit. Itaque & hæc & æther, mediū quasi sunt inter mortalia immortaliaq̃. Locum enim cum habeat ac temperiem tum substantiam cœlo proximam, corrumpi nequit. Dum uerò infra impellitur, refrigeratur, atq̃ sic post multa secula corrumpitur. Itaq̃ medium est quasi mortalis ac immortalis, cuius generis Stoici animam humanam esse credunt, Hæc omnia Cardanus.

Virtus uniuscuiusq̃ rei latet in quinta eius essentia, calida, frigida, humida, sicca, &c. & idem operatur quod prius in suo mixto uel cum sua materia, sed celerius & mirabilius multis modis.

Post

Post destillationem super fæces aliquo-
ties repetitam, intercedente semper no-
ua digestionem, semper quælibet aqua
tandiu circulari debet in fimo equino
aut alibi, donèc suavisissimi odoris fiat.
Nam fragrantia summa in omni quin-
ta essentia requiritur. Quædam semel
& iterum destillari satis est, tum cir-
culari, & post dies aliquot si quid de
terra & fæcibus superest in fundo cir-
culatorij, separari defundendo. Es-
sentia quinta uini non amplius urit
os, nec amplius est aqua ardens, sed
subtilior, & cœlum uocatur: cui stel-
las suas addi dicimus, cum diuersa-
rum qualitatatum herbæ, & contra di-
uersos morbos excellentes, in ea ma-
uerantur, ut infrà in Aquis uitæ com-
positis docebimus: Solificari autem
sue deaurari, cum Solis, id est auri
virtutem ei imprimimus, ut supra in
Auri potabilis mentione explicatum
est, Hæc ferè ex Lulli libro de quinta
essentia. Essentia quinta cuiusque

medicamenti millies maiorem habet uirtutem, quàm antea habuerat dum adhuc corpus elementatum esset, VI. stadius.

Quomodo extrahatur quinta essentia rerum omnium, ad applicandum illas (uires earum) corporibus humanis, ex primo libro Lulli de quinta ess.

Quinta cuiusq; rei essentia, extrahi ab ea potest, lignorū, fructuum, florum, radicū, foliorum, seminum, lapidum, metallorum, carniū, & quarūuis specierum, hūc in modum. Quamcunq; rem à qua uolueris quintam essentiā separare, impones in quintā essentiā uini (puram & perfectam ut prædictum est) & expones in solandam in uere, uel in uise ad ignem leuem; & intra tres horas habebis quintam essentiam rei mixtam cum quinta essentia uini, quæ conuetetur in talem naturā, qualis rei impos-

tæ est, siue ea calfaciat, siue refrigeret, humectet, siccet, purget, uel cuiusuis alterius conditionis aut odoris fuerit: neque idem tantum efficiet, sed eodem in gradu quoq; hoc est non magis aut minus, &c. Posthæc enumerat remedia singulatim quæ in primo gradu calida sunt, deinde in secundo, tertio, quarto: & similiter frigidorum, humidorû, siccorûq; catalogos instituit. Deinde de gradibus remediorum & eorum mixtionis artificio in genere docet. Postremò addit etiam catalogos iuxta secundas qualitates, ut uocant: Quæ omnia nos omittimus, quoniam doctis & medicis scribimus: neq; conuenit partes scientiarum inter se confundi. Deinde lib. secundo per singulos morbos, (eos duntaxat qui grauiores & ferè incurabiles uulgò habentur,) docet quænam remedia quintæ essentiæ uini admisceri debeant. Scripsit & Rogerius Bacho libellum de facultatibus aquæ uitæ per 12. signa, secundum morbos à ca-

pite ad pedes, aquis & medicamentis pro singularum partium & affectionũ natura aliãs alijs adiectis. Hunc aliqui non rectè Arnolde de Villa noua attri buunt.

*I*o. Bracefcus uir in chymicæ artis mysterijs nostro feculo exercitatiffimus, ut scripta eius testant, in Dialogo cuius interlocutores sunt Raymundus Lullius & Demogorgo (quẽ autor Italicè edidit, unà cum altero super expositione librorum Gebri. Ioan. Petreius Norinbergæ utrunq; Latinè excudit sine authoris nomine,) quintam essentiã illam quæ ad humanam uitam conseruandã & extendendã faciat, non ex plantis, animalibus aut gemmis, sed ex solis metallis requirendã asserens, ita scribit. RAYMUNDVS. Cum necesse sit ut hæc medicina omnino incorruptibilis sit, & omnia elementata in hoc superare debeat, necesse est ut extrahat è materia quæ ab omni corruptione quæ alieniffima sit. DEMOGORGON. Tamen dixisti

dixisti tu in libro quē de naturæ secretis inscripsisti, hanc extrahendam esse de uino rubeo. Idem confirmat Ioan. de Rupefciffa. alij uerò Chelidoniam accipiendam esse autumant, alij sanguinem humanum. RAYM. Non parum erras, si persuasum habes philosophorum scripta ex nuda litera intelligenda esse. maximè uerò in hac scientia, quanto clarius & apertius loquuntur, tanto pl⁹ obscuritatis habēt eorū scripta. similitudinibus enim & per ænigmata locuti sunt. DEMOG. In hac re qua usi sunt similitudine? RAYM. Dicit Senior philosophus hanc medicinā conuerti & uariari de colore in colorem, & de sapore in saporem, & de natura in naturam: propterea nomina eius multiplicata esse. Item Minois philosophus, Si quærat^r (inquit) quare factum sit rubrum antequam reciperet albedinem: Respondendum bis denigrari, bis in colorem citrinum conuerti, & bis recipere colorem rubrum.

Cum ueró bis colorem rubrum recipiat ut rubrú uinum & sanguis humanus, uidelicet post putrefactionem & in destillatione: propterea ueteres per similitudines loquētes uocauerunt ipsam uinum rubeum, sanguinem humanū, & sanguinem draconis, & his similib. &c. Paulo post etiã signa illa quæ Io. de Rupe scissa de quinta essentia iam perfecta ponit, nempe ut ad eã in angulo domus positã, ingredients omnes mirificè alliciantur: & alterum ut ad eam collocatã in uertice turris congregent omnes aues, quæ illam odoris suauitatem percipiunt, allegoricè interpretat: ut per turrim intelligat fornax in angulo domus posita, in quã uitrum quod materiam continet decoquendã ponitur: per intrātes ueró domum istam, & per aduolantes aues, significant spiritus & uapores illi qui uirtute caloris fursum ferunt ac ascendunt in altum per collum longum uasis siue boccix: qui cum figunt, et amplius non ascendunt, indicium

indiciū est (inquit) ipsarum humiditatem aqueā iam consummatā & materiam dulcoratā, & medicinam finitam esse. Et in hac quidem sententia etiam Rasis fuit, Hęc ille.

De quintæ essentiæ à uino extractione, ex Philippo Vltadio & Raim. Lullio.

Vinum quàm generosissimum, cuiuscunq; coloris, uinosum poti⁹ quàm dulce, quater destillabis in alembico, ita ut cōmuniter aqua ardens paratur. Quòd si etiā sapius destilletur, præstabit. Perfectè destillati indiciū est, si ac-



ensum in uase aliquo (argenteo uel stāneo) totum cōsumatur, sic ut nulla humiditas in uase remaneat. Sic igitur præparatum imponatur in pellicanum, id est uas utrinq; ansa-

tum, quod etiã uas Hermetis aliqui uocant, per cuius in summo foramen materia circulanda immitti potest & extrahi. Et uase diligenter lutato, & luto forti cæmentato, ex frequenti ascensu descensuq; aqua in ueram quintam essentiam conuertetur. Porrò uinum sic destillatum, ut diximus, cum habeat omnia quatuor elementa, tamen per crebram motionem & agitationem ascendendo descendendoq; de corruptibili in incorruptibile fermè transit & conuertitur. Quod si per crebrũ destillationis ascensum uel descensum crassum à subtili, impurum à puro separat: quanto magis id contingit in destillatorio ubi milliesmillesies sursum ac deorsum agitatur? Hoc igitur motu existimandum est materiam elementarem conuerti in substãtiam inelementarem & corpus incorruptibile, ita ut tantò remotior quinta hæc essentia à corruptione corporis elementati sit, quantò cœlum ipsum quatuor elementis incorruptibilis

corruptibilius est. Cæterum hac circulatione multoties iã facta, tandem aperiat quod in summo est foramen: ubi ex pretiosissimo & suauissimo odore cognosces, nũquid de quatuor elementis restet, quod in quintam essent. nondum conuersum sit. Nam si res perfecta sit, odor longé omnium fragantissimus prodibit, adeò excellens ut qui eo fruuntur, ex terra ad cœlum eleuati sibi uideantur, & cœlesti quadam fragrãtia frui. Hic uapor si in secretum aliquem domus locum se insinuet, adeò replebit totam domum, ut nihil suauius, amœnius, & odoratius unquam sensisse uidearis, res dictu mirabilis & ferè incredibilis. Quòd si in fastigio turris ponatur, omne genus auium quæ in uicinia sunt alliciet. Si uerò excellens illa odoris gratia nondum appareat, iterum claudes pellicanum, & diligenter lutatum rursus impones ad destillationem circulatoriam, quousq; appareat perfecta ipsa quinta essentia, siue ut

uult Raimūduſ libro primo capite ſe-
cundo, Mercurius uegetabilis. Non ſo-
lum uerò habet odorem illum & ſapo-
rem excellentiſſimum, ſed etiam quan-
dam incorruptibilé naturam circa ali-
as medicinas: Et certè nullam habet a-
duſtionem in ore ſicut aqua uitæ, neq̃
ullá humiditatem ſiue phlegma, quia
omnis materia terreſtris et elementaris
in fundo reſidet.

Quomodo quinta eſſentia facilius &
minore ſumptu extrahatur, in
gratiam pauperum ex
iſdem.

Fimum equinum impone in uas ma-
gnum & profundum, uel in foueam ad
hoc factam. & in medio fimi ponat de-
ſtillatorium impletum materia deſtil-
landa ad duas tertias, ita ut tertia pars
remaneat extra fimum uacua, ut mate-
ria aſcendere & deſcédere poſſit, & ſic
in aquam claríſſimam conuerti. Sed
fimus

simus per singulas hebdomades semel ut minimū renouandus est. Idem hoc fieri potest in uinaceis recens expressis per uindemiā: Vel in diebus canicularibus ad Solem. Potest etiā extrahi quinta essentia ex uino turbido immundo & putrido, modò non sit acetosum. nā etiam ex corrupto uino, quod in bono loco natū sit, quanq̄ turbato & mali saporis, optimā aquā uite destillari uideamus. ¶ Est & alter modus sine igne &



labore extrahēdi, huiusmodi. Aquam uite quam inueneris nobilissimā, pone in uitrū cum collo longo, habēte in summitate foramen, quod debet claudi & lutari cera

rite præparata, ut inferius docet Vlstadius cap. decimo.) Deinde uertatur uitrū & cū collo imponatur in simū. sic crassior materia residebit in fundo destillatorij: quod cum longo tempore

in fimo sepultum fuerit, tandem extrahetur ab ipso leniter, in forma, sicut est impositum. Tūc uidebis separationem puri ab impuro, & subtilis à crasso. omnis enim materia crassior erit circa cololum uitri. Itaq; stilo ferreo tenui & acuto cerā perforabis usq; ad aquā: et stilo extracto effluet materia crassior, quæ in collo residebat. hæc cum effluerit tota usque ad subtilem, hoc est ipsam quintam essentiam, uas digito obstructum inuertes. Sic habes Quintam essentiam, sed minus pretiosam superiore. Simili modo potest aqua ardens in uas uitreum poni, quod non uertatur, sed directè in fimo sepeliatur per aliquod tempus. Postea colando separet materia crassa quæ residebit in fundo, à subtili superiore: sed hæc adhuc minus pretiosa est. Attrahit tamen omnes uirtutes herbarū, & aliarū materialium, ut non sit contemnenda. Possunt & alij modi excogitari, sed ego primū modum ex animo omnibus commen-
do

do ceu optimum & excellentissimum. non magno labore & sumptu paruo constabit : nec poenitebit te huius uel illius. thesaurum enim magno cū foeno re reperies, Hæc Vlstadius capite octauo. ¶ His subijcit modū extrahendi quintā essentiā è musto, id est uino nouo feruente in uase per autumnum, quod absque illo uini nocumento fit, quem breuitatis causa, & quia ab alijs etiam authoribus, quod sciam, non attingitur (nisi à Lullio forte) omittam.

Quibus locis Vlstadius in Cœlo suo uarias quintas essentias extrahere doceat.

Quomodo extrahatur quinta essentia (uini,) in qua potest resolui aurum ad faciendum aurum potabile, cap. xj.

Quomodo extrahatur quinta essentia mellis, quæ ingreditur aurum potabile, capite xij.

Quinta essentia ex chelidonia, ca. xiiij.

Ex sanguine humano, ouis, carnibus,
& c. cap. xiiij.

Ex pomis, piris, & alijs fructibus, ca-
pite xv.

Ex floribus, herbis & radicibus, ca-
pite xvj.

Ex antimonio, cap. xvij. ¶ De ijs-
dem omnibus leges etiam apud Lulliu
lib. i. de quinta ess.

Quintã essentiam uini, aliqui uegeta-
bilem Mercurium, item cœlum & cla-
uem philosophorum uocant. hæc, ut
aiūt, omnis rei per tres horas in ipsa ma-
ceratæ uim attrahit. ¶ Io. Bracescus
per uinum rubeum à quo quinta essen-
tia extrahēda sit, allegoricè aliud quip-
piam & metallicum intelligi putat, ut
supra recitauimus, ubi de quinta ess. in
genere egimus.

AQUA MIRABILIS QUÆ

contrarium efficit quàm aqua uitæ: quæ

*Quinta essentia frigida appel-
lari potest.*

Flo-

FLorum sambuci, florum ungułæ ca-
ballinæ quæ crescit super aquas ha-
bens magna folia & florem gilvū: (aliàs
florum nenupharis, quod placet, & sic
Rogerius interpretatur) utrorumq; li-
bra. Seminis portulacæ, sem. lactucæ u-
triusque libræ tres, (aliàs, selibra.) Fo-
liorum solani scrup. duo. (aliàs, solani,
quantum de omnibus.) Debent autem
hæc omnia recipi uiridia, & destillari
septies, seruariq; in terra profunda in ua-
se uitreo. Hæc aqua in Sole cum cale-
scit in meridie, uasa uitrea, uel lignea
subtilia, imagines uel testas ouorum fa-
cit per aera uolare, (locus uidetur cor-
ruptus, aut res ipsa falsa:) Pannus ex ea
madidus & in ignem proiectus, resilit,
ab igne illæsus: & quicquid in ea intin-
ctum fuerit, calorem ignis nõ patietur.
Nec ab igne læditur pãnus in ista aqua
madefactus, si aqua uitæ super asperga-
tur, & in ignem proijciatur, uel per can-
delã accendat. ardet enim, sed non con-
sumitur, nec ullũ uisionis uestigium in

panno relinquitur, Quod si pars huius aquæ sub ardente Sole in scutella ponatur, & in aerem cum asperforio (uel aspergillo, ut uocant) fundatur, nubem magnam & densam efficit subito, & calorem Solis pro magno tempore mitigat. Menses sistit, sudorem prohibet, appetitum excitat. doloré capitis sedat, maximè ex calida causa, uel Solis adustione obortum. Cancrum omnino & integrè sedat. Deniq; multas & magnas uirtutes habet. ualet enim in calidis causis, sicut aqua uitæ in frigidis. Quã obrem usus eius est in omnibus febribus tam acutis quàm peracutis: in omnibus affectibus calidis, & oculorum doloribus & capitis ex caliditate. item ad tædium (fastidium) stomachi. ad lupum, & fistulam, & dolorem lateris, & calefactionem membri uirilis ex coitu, & omnem passionem circa hæc membra genitalia ex quacunque causa calida. Et post partum mulierum perutilis est, si pannus ea
intin-

intinctus superponatur uuluzæ, & super locum passionis si passio fuerit extrinseca: si uerò intrinseca, sumatur de ea, et per clysterem in uterum immittatur. Si uitium in stomacho fuerit, sumatur de ea ad dimidiam testâ oui mane et uesperis. Virgæ intrinsecus dolenti per syringem iniiciatur. Ad obstructionem uerò hepatis & lienis & alios affectus ex calida causâ, linteum in ea madefactum ter die apponatur ad affectû latus. sanguinem enim maximè purgat. Sed diligenter cauendû est ne pannus inde madidus super stomachum reuoluatur.

Eiusdem facultatis uidetur aqua in libello Raymundi Lullij de aquis descripta, his uerbis. Aqua composita secundum residuum (ut habet codex manuscriptus, lego contrarium) aquæ uitæ: R. camphoram candidam, rosas, papauer album & nigrum, lactucam cichorium, portulacam, uiolas, solanum, capillos Veneris, cymba-

larium, semperuiuū, uermicularem, rostrum porcinū, cardiacellū. Folia terenda terantur & destillentur.

De chelidonię essentijs omnibus extrahendis: quo exemplo industrius quisque uti poterit ad aliarum quoque plantarum essentias extrahendas.

Per chelidonię quintam essentiam aliud quippiam allegoricè intelligi Ioan. Bracefcus putat, ut supra retuli ubi de quinta ess. in genere egimus.

Chelidonia (inquit Vlstadius) uires innumeras possidet: & quinta eius essentia, quã hic elicere docebimus, etiã ipsum aurū potabile ingreditur. Chelidonium quum maximè matura est cū herba, radicib. & floribus minutatim cōcisam ac in mortario contusam, pone in cucurbitā terreã uitreatã. Cucurbita autem tota repleta, clausa, & luto
 septa

septa ponatur in fimū equinum recentem per tres hebdomadas. Deinde imposito alembico destilletur in Balneo M. igne admodū lento, & exhibit phlegma. Tum fæces extrahes, & super marmore quàm subtilissimè tritas in cucurbitā repones cum alembico cæco, & in Balneo M. per hebdomadē relinques, aut in fimo equino (pluribus diebus.) Deinde paulatim refrigerata materia, alembicū rostratū impones, & in cineribus destillabis, ut capite decimo de separatione olei ab ipsa terra diximus, & exhibit aqua clara continens in se aërem & aquā. Separabis aut aquam ab aëre in cucurbita recenti per balneum M. modico igne: ascendet enim phlegma, & oleū remanebit, quod seruabis. Tunc iterū fæces super marmore conteres, & quatuor partes phlegmatis ad unā fæcum affundes, miscebis, incorporabis, & in Balneo M. per septē dies relinques, deniq; p̄ arenā magno igne destillabis, & exhibit phlegma primū, de

inde aqua rubicunda, siue potius oleum quod est elementum ignis: à quo phlegma in Balneo Mariæ sæparabis, ut supra. Cæterum fæces relictæ quæ nihil amplius præter terram continêt, igne forti urgeri & ad calcem redigi debent per decem continuos dies, (nimirũ in calcinationis seu reuerberationis fornace, aut in ipsa fornace calcis ut capite 10. docuit.) Deinde iterũ tritæ sup marmore imbibantur cũ ipso phlegmate, & destillentur per alembicũ, donec in illa materia uideas paruos lapillos albos instar salis. Et hoc ipsum sal iterum dissoluatur cum aqua ex qua destilla-ueris: & postea iterum destillabis: idque toties repetes, donec ipsa terra amittat omnem impurum & terreum colorem, & ad album deducatur, (ad albedinem ceræ:) Et sic terra erit rectificata. Debent autem reliqua etiam elementa rectificari, ita ut singula septies destillentur, aeri quidem & igni ad singulas uices affundendo phlegma

gma & postea separando, ut prædictum est. Quum autem faciliori uia id facere uolueris, dissoluatur quod libet elementum cum aqua sua per partes æquales, (& cætera: quæ omitto, quod obscurius tradita sint.) Est etiam alia uia subtilior redigendi quod libet elementum in suã perfectionem seu quintam essentiã: sed præsupponitur, quod elementũ quodq; prius iustificatũ sit. Deinde ponatur in uas circulatorium in fimo equino, aut in balneo Mar. per dies xxx. Tunc iterum destilletur. Sic corpus ipsum tanquam materia crassa permutabitur in spiritũ uel substantiã subtilissimam. Sunt qui idem facilius efficiunt, accipiendo quatuor partes terræ, & unam partem de uno quatuor elementorum quodcunque uoles, & digerendo modo prædicto, & circulando per dies xxx. sic quoduis elementum in quintam essentiam permutant. Materia autẽ satis circulata iudicatur, quum quinta est. super reliquam ma-

tertiam innatat. ¶ De uiribus singulorum chelidoniæ liquorū. Elementum aquæ prodest ad omnes ægrotudines corporis, calidas & frigidas. Temperat etiã omnes uenas circa cor, & omne uenenū à corde expellit. Omnes qui pulmoni accidunt morbos curat. Sanguinē purgat, & hominē præseruat ab omni corruptione uirtutis naturalis. Prodest in summa omnibus ægris in quocunq; morbo.

Elementū aeris, oleo simile, iuuenū uires & uenustatē confirmat & auget, si interdū cum cibo utant: omnē enim sanguinis putredinē prohibet. Adurit (Consumit) & expellit omne phlegma falsum, & tollit melancholiã & omnē bilis adustionē.

Elementū ignis quantitate grani tritici cū uino optimo permixtū, & infusum in fauces hominis ægroti, imó etiã semimortui, omnes uires corporis restituit & recreat. penetrat enim usq; ad cor, & ipsum calefacit, et expellit omnia uenena

uenena & omnes humiditas superfluitates à corde. Lullius cū quinta essentia uini infundit huius olei guttulā, ut moribūdos aut desperatos restituat intra uigesimam horæ partem.

Sunt qui alio modo breuiore quintam essentiam à chelidonia extrahant. Chelidoniā cum radice & flore minutatim scindunt, ponderant, & aqua fontana super eam infusa decoquunt donec ad idem pōdus reducatur. Deinde in pila lapidea terūt, & succum expressum linteo à fæcibus purgāt, reliquum ad mellis consistentiā decoquunt. Postea in cucurbitā ponūt, ita ut repleatur dimidia: & in balneo M. destillātes, aquā seu phlegma colligūt. Deinde uase in cineres trāsato, oleū aerium excipiunt. cui cū supernatans alterū olei genus uiderint (aucto nimirū igne,) aliud uas recipiens, supponunt, in quo ignis elementū colligitur. Horum liquorum unumquēq; rectificare oportet, ut idoneus sit remedijs corporis humani:

nempe septies repetita destillatione, aquæ quidem seu phlegmatis in Balneo M. ita ut singulis uicibus cucurbita diligenter lauetur (purgetur) à fæcib. remanentibus, quæ admisceri debêt elemento terreo post ignei liquoris destillationē relicto in cucurbitæ fundo. Similiter aerē rectificabis septena p. cineres destillatione, admiscendo fæces cum terra. Deniq; liquorem ignis similiter. (Materiã ueró terreã, ita ut in superiore modo dictum est.) His ita paratis uires attribuunt, easdem quas supra scripsimus, singulis: quas nihil attinet repeti: ea tantum in quibus differunt, adscribemus. Aqueus chelidonij liquor omnes à pectore calores & uenena pel lit. Pulmonis & hepatis obstructionibus prodest. Humorem enim & phlegma superfluum consumit. Deniq; hominem intra dies nouem ab omni infirmitate liberat. Aerijs liquor non atram bilem, non amaram, nec phlegma in corpore humida obtinere sinit.

Sanguis

Sanguinem auget, & in omnes corporis partes eum distribuit penetratione sua. quam ob rem hoc oleo utentes sapius uenam incidunt. In periculo amittendi oculi si per xxx. dies una aut altera gutta quotidie instilletur, mirifice prodest. Liquor igneus multò efficacior est aqueo & aereo, & iuuat ubi illi frustra tentati sunt. Iuuentutem conseruat, senectam uegetam & iuuenilem reddit, cor recreat: & cum aqua filiginis sumptus dicitur esse elixir uitæ. Porro terrea materia rectificata per dissolutiones, coagulationes, & calcinationes, & subtile sal terræ, quo cum omnia metalla in lapidè conuertì possunt, & omnes spiritus figi habentes humiditatem radicalem. Nutrit etiam leprosos. Ex hoc philosophi prisca lapidem fecerunt quem philosophicū uocāt. Modus liquores prædictos intra corpus sumēdi, huiusmodi est. Tres guttas ignis chelidonię, tria cochlearia aquæ rosarum, modicum cochleare de

aere sanguineo (liquorum aerium intel-
ligo,) permisce, & propina ieiuno: si af-
fectus est calidus, cum uino: & si homo
excesserit annuigessimum quartum,
cum aqua uitæ. In febribus autem cali-
dis, nullo modo sumi debet, Hæc om-
nia Vlstadius.

De quatuor elementis extrahendis
à chelidonia, & à folijs LAVRI, uide eti-
am Io. Ganiueti librú qui Amicus me-
dicorum inscribitur, differentia 4. ca-
pite 7.

Quomodo extrahatur Quintum esse
à fructibus, ut pomis, piris, pru-
nis, cerasis, castaneis, &c.
ex Vlstadio.

Fructus minutissimè cõcisos & con-
tusos in mortario terreo, (lapideo,) mi-
sce cum decima parte salis communis.
Deinde in cucurbita cum alembico cõ-
co pones in fimo, ut supra dictum est
de sanguine humano, &c.

Ex

Ex florib. herbis, radicib.

Plantas bene maturas collige, cœlo sereno, Luna crescente & iam ferè plena: purgatas minutissimè discinde, & in pila marmorea contunde cum decima parte salis. & in circulatorio seu alembico cæco fermentabis in fimo equino per mensem. Deinde in alembico rostrato destillabis in Balneo M. augendo primum ignem usq; ad tertium gradum. Tum fæcibus è cucurbita extractis & minutissimè tritis, aquâ destillatâ rursus superinfunde, & rursus putrificata in fimo ut prius, tandem destillabis, ignem minuendo per gradû medium. Deinde iterum teres fæces, & c. ut prius, & destillando rursus minues ignè per mediû gradum. Putrefactio quoq; decrescat semper per mediû gradum: nempe ita ut in secunda digestionè putrefiat per dies uiginti & unû, in tertia per dies quatuordecim, in quarta per dies octo. Quarta autem destillatione peracta ponatur in circulatoriû



(supra infraque clausum et largū, in medio angustū cum breui rostro cauo ex sumā inferioris uentris parte sursum tēdente:) & digerāt in fimo uel balneo cū igne primi gradus: uel in Sole, aut uinaceis, per mensem.

Euadet autem liquor tanto nobilior, quanto sæpius destillatur. Et sic habes quintam essentiam: quæ tamē efficacior fuerit, si ex herbis, seminibus uel radicibus destillaucris aquā: & eam rursus infundas super fæces suas, digerasq; per septem dies: & postea destilles per cineres, prorsus eodem modo ut supra de chelidonio dictum est: ut singula elementa seorsim habeantur, & quidem rectificata.

De quinta essentia ex sanguine humano, ouis, carnibus, & melle,

Quinta

Quinta essentia quomodo eliciat̄ ex SANGVINE HVMANO, OVIS, ET CAR-NIBVS, lege apud Vlstadium capite 4. Additur eis pars decima salis, cum quo bene miscentur, putrificantur, & destillantur, idq̄ quater alternis uicibus: & demum circulatione longa perficiuntur, donec ad summam odoris suauitatem & substantiæ subtilitatem perueniant. meminit & Lullius lib. i. canone 4. de quinta essen. sed illic addendum esse salem codices impressi omiserunt, Videtur autem sal rectè addi humidis reb. destilandis, illis scilicet quæ facile putrescerent, quales præcipuè animalium partes sunt.

Aqua pretiosissima Alberti Magni, ut in libro quodã manuscripto reperi. Sanguinem hominis sani destilla per utrum tanquam aquam rosarum, Hac illita omnis corporis infirmitas sanatur: et potu eius quicumq̄ internus est morbus. Exigua eius quantitas sumpta omnibus uiribus exhaustos restituit.

paralyfin efficaciter curat:& ab omni futura ægritudine præferuat. In summa omne morború genus curat. Ego uerò neq; ex sanguine humano remediũ hominib. fieri probare possum, quod etiam si ratio & experientia suaderent, religio tamen prohibere uidetur, præsertim in tanto remediorum numero, & c. Sed neq; ipsa præparandi ratio placet, in hac Alberti aqua, si modo ei⁹ est, cum semel tantũ & simpliciter destillari iubeat. Plus rationis habet quæ sequitur compositio, ipsa quoq; in eodẽ libro manuscripto mihi reperta.

Oleum sanctum siue oleũ uiuũ, quod uitã hominis conseruet, Hugonis Gordonij, quo ille plurimas grauissimas ægritudines curauit. Sanguinis rubicũdi de homine sano uel hominibus sanis, ætatis annorũ uiginti quinq; aut triginta, libræ tres. Spermatis ceti, medullæ bubulæ, utriusq; libra. Destillentur in alembico bene lutato: et exhibit aqua prima alba, altera pallida, tertia flaua, quarta

quarta rubea & crassiuscula. Oleū sic destillatū cum Luna pariter crescit de-
 crescitq̄, quamobrē sanctum cogno-
 minant. Quòd si ægroto qui & uires o-
 mnes & loquēdi facultatē amiserit tres
 guttas cum uino perexiguo infuderis,
 mox & loquet̄ & ualidior erit. Si quis
 quotidie huiusolei guttā cum cochlea-
 rio uini biberit, animo alacri & corpo-
 re per omnia membra robusto euadet:
 & senectutē prorogabit quàm fieri po-
 test longissimè, nec ab ullo ueneno læ-
 detur. Curat etiā fistulas, fracturas uete-
 res & chronica ulcera, si uini lotionē
 prius sicciora euadant. Vulnere recen-
 tia triduo sanat illitu. Ficos ani inter-
 nos externosq̄ curat. Medetur uarijs
 affectibus, lepræ, morpheæ, paralyfi, &
 alijs, si quis ieiunus gutta cum uini albi
 cochleario biberit.

Nonnulli multū gloriuntur de san-
 guine humano sublimato, ut quidam
 Bartolemeus de Montagnana Paduæ
 faciebat, sed certè ipsum præparare ne

sciebat, quo si uti uolueris, facias sic. Sanguinem de sanguineis iuuenibus bono uictu utentibus recens extractum, quiescere permittite: & aquam supernatantem abijce. deinde cū modico salis triti fortiter agita, & in uase diligenter occluso (lutato) reconde in fimo equino per quadraginta dies. demum destilla aliquoties, super fæces semper aquam refundendo. Vltimò uerò habebis aquam mirabilem, quæ cum zulapio aliquo mixta hectïcis summopere conducet. Fiet autem melior, si post destillationem rursus quadraginta dies in fimo maceretur. Licebit etiam cum sanguine alia remedia hectïcis salubria admiscere, Guaynerius.

De quatuor elementis extrahendis à sanguine humano, uide Io. Ganiueti Amicum medicorum 4. 7.

De sanguine humano simpliciter destillato lege Brúsuicensem in libro Germanico destillationũ: Idem hanc aquã
&

& excrementi humani, si misceantur, mirabilia quædam efficere scribit. Mihi animus ab huiusmodi remedijs abhorret.

Io. Bracefcus per sanguinem humanum allegoricè aliud quippiam & metallicum ueteres insinuasse putat, ut recitavi supra ubi de Quinta essentia in genere scripsi. Vlstadius capite decimo Cœli philosophorum docens quomodo fiat quinta essentia uini, singulis elementis seorsim abstractis: Et hoc (inquit) quod in septima destillatione est destillatum, appellatur sanguis humanus, quem chymistæ maximè inquirunt, & est ipse aer, Hæc ille. Videtur autem aeris liquor qui in plerisque destillatis oleosus est, sanguinis humani nomine appellari, quoniam corpus nostrum ex quatuor humoribus tanquam elementis constat. ex quibus sanguis aeri comparatur, calidus, humidus & pinguiusculus, &c. Ioan. Bracefci uerò sanguis humanus metallicum

quiddam est à calore sic dictum.

De extrahēda quīta essentia à *MELLE*, quæ intrat aurum potabile, lege *Vlsta-*
dium cap. duodecimo: & capit. uicesi-
mosécúdo: ubi & modos diuersos præ-
scribit ad triplicē aquā mellis colligen-
dam, & facultates addit: de quibus ca-
pite duodecimo nihil dixerat, & duas
tantū aquas diuersas elicere docuerat.

De quinta essentia metallorum.

Io. Bracescus in dialogo Raymundi
& Demogorgonis, cū asseruisset quin-
tam essentiā humanæ uitæ seruandæ &
extendendæ utilem, non aliunde quàm ex
solis metallis haberi posse, subdit tan-
dem. Cum autē secundum opinionē phi-
losophorū ueterum singula metalla se-
cundum similitudinē, uirtutē, nomen,
colorē, & proprietatē in omni metallo
sint comprehēsa, ut apertè demonstra-
tum est in libro expositionis librorum
Gebri: igitur & hæc nostra medicina
quamuis

quãuis solummodo ab uno aliquo metallo-
 rum extracta fuerit, habebit tamẽ
 nihilominus uirtutẽ omnium metallo-
 rum & planetarũ, & uirtutẽ super totũ
 corpus humanũ sanandi plures infirmi-
 tates curabiles. Idem uoluit significare
 Io. de Rupefciffa de humiditate nostra
 radicali loquens, & de quinta essentia
 sub nomine aquæ uitę. dicit enim aquã
 ardentem bonã in se cõtinerẽ omnium
 metallorum uirtutẽ, & nõ aquam esse
 uitis, sed uitę, quia uitã hominibus do-
 net. Qui hac de re plura cognoscere uo-
 let & clarius, legat eiusdẽ Brascesci dia-
 logum quo Gebrum interpretatur.

De quinta essentia extrahenda ab
 antimonio, plumbo, ceruf-
 sa, ex Vlstadio.

Essentia quinta ex antimonio sic fit.
 Puluerẽ antimonij subtilissimũ incor-
 pora cum aceto acerrimo destillato, &
 relinque donec acetum in colorẽ ma-

ximè rubicū dum uertatur. Deinde colabis acetum, & in uase puro aliud acetum destillatum antimonio superinfundes, & pones super ignem modicum donec acetum coloretur. Hoc toties repetes, donec acetum desinat colorari. Quicquid uerò eius coloratum fuerit, per alembicū destillabis in cineribus: defluet autē primo acetū ipsum: post hoc uidebis egredi materiam mille colorum. & hæc est illa quinta essentia quæ à philosophis appellatur plumbum philosophorum, & à quibusdam lac uirginē, (differt tamen ab illo de quo infra dicitur, inquit Vlstadius.) & ferè oleum benedictum colore refert. Hanc pones in pellicano ut circuletur per dies quadraginta. Vulnera exiccet, & utilis est ad omnes plagas loco balsami. nam facile & citissimè omnia uulnera curat: et apostematis omnibus mirum in modum confert.

¶ Quin etiā ex plumbo uel cerussa extrahitur quinta essentia sicut ex antimonio,

nio, superfundēdo acetū destillatū per digitos quatuor. postea in fimo digeratur, ut dictum est de quinta essentia herbarū & florum. Deinde destillet, & primo uidebis ascēdere ipsum acetū: post ipsum, liquorē quendā oleo similē. Et hoc etiam appellat oleum plumbi, siue quinta essentia plūbi, & habet in se quādam dulcedinē sicut oleum antimonij. Valet autē contra omnes combustiones ignis & aquæ calidæ, ut contra impetiginem & uescicas cholericas. Notandū tamen est, cerussam prius debere ablui sæpius cum aqua rosarum, colādo per pannum lineum, donec nil in ipso remaneat de puluere cerussæ. Deinde exicata usui reseruetur. Sic fieri iubet *Bulcasis*, & *Ioannes de S. Amando* super *Antidotario Io. Mesuæ*.

De extrahenda quinta essentia ex metallis diuersis, ut auro, argento, plumbo, stanno, uitriolo, ferro, cupro, sulfure, auripigmento rubeo, sandaracha, antimonio & marchasita

plumbea, qui uoluerit leget apud Lullium in libro de quinta essentia.

Spiritus siue quinta essentia VITRIOLI laudatur à quibusdã aduersus comitiales morbum & apoplexiã. Spiritus AVRI ad uitia iecoris. Spiritus BERYLLI aduersus renum aut uesicæ calculum. Sed de his & alijs quibusdã infra dicem⁹ inter olea metallica & alibi.

*DE AQUIS VITAE
compositis.*

A Quæ uitæ compositæ propriè dicuntur, ubi remedia quædã in ipsa aqua uitæ macerata & simul destillata fuerint: Minus propriè ubi postea adduntur, nec destillant simul. Sunt & aquæ uirtutû seu aureæ dictæ, ubi remedia non in aqua uitæ, sed in uino prius macerata destillantur, de quibus infra scribimus: & harum quædam plurima cum istis quas hîc describimus cõmunia habent, nisi quòd minus uehementes

tes minusq̄ calidæ & siccæ sunt.

Aquæ uitæ quædam simpliciter remedijs in aquam uitæ infusis fieri iubentur: aliæ in aquam uitæ ter quaterue destillatâ. Sunt quibus etiam tempus infusionis seu digestionis præscribit̄, ut dies xiiij. & c. Quædam initio trita immittuntur: alia integra, teruntur autem post dierum aliquot fermentationem. Sunt quæ semel tantû destillentur, aliæ bis aut ter. Et quædam in Balneo M. tantum: aliæ in Balneo M. semel & iterum, tertio uero per cineres, ut quam Vlstadius describit cap. 46. licet illic infusio tantû in uino fiat. Apud eundem cap. 44. Aqua uitæ ter destillanda describitur, cuius prima aqua dicitur Benedicta, secunda Aqua uitæ, tertia mater balsami. Rursus quarundâ destillatio sic repetitur bis aut ter, ut aqua prius destillata semper iterû refundatur superfæces, ut apud Vlstadium capitib. 49. & 56. Item aliæ lento igne in Balneo M. detrahi iubentur: aliæ in eodem ualido igne, ut de-

scripta Vlstadio cap. 46. Nonnunquã
 in prima destillatione herbæ tantum re-
 centes & semina recentia ponunt cum
 aqua uitæ: à quibus extractæ aquæ po-
 stea adduntur sicca odorata, aromata
 & alia, item mel, & iteratò destillan-
 tur. deinde ambra, moscho & campho-
 ra adiectis, tertiò alembicum semper
 inuoluendo cum pannis madidis ex
 albumine ouorum cum farina: Vide
 Vlstadium capite 51. & 56. Quod ad
 materiam, nulla ferè sine aromatibus
 componitur. plerisque etiam herbæ
 quædam odoratæ adduntur. quibusdã
 & flores & semina. interdum & aquæ
 aliæ destillatæ: Item uinum maluati-
 cum, mel, saccharum, ficus. quibus-
 dam deniq; aurum integrum: ego nisi
 extinguatur in liquore, frustra adhibe-
 ri puto. Sed hæc omnia clarius ex-
 emplis patebunt. Vlstadius Aquas
 uitæ compositas numero quatuorde-
 cim descripsit, quas nos breuitatis stu-
 dio omittemus. Aqua uitæ cum a-
 romati-

romatibus & melle, &c. quater destillanda in Balneo Mariæ legitur apud Vlstadium capite 53. & alia similiter, sed sine melle, capite 54.

Mirabilem quandã aquam uitæ describit Vlstadius cap. 56. Primum uaria medicamenta recentia iubet digeri in Balneo Mariæ per dies quatuor infusa in aqua uitæ: deinde destillari in cinere igne lento. Postea aromata & alia sicca addit, & per dies quatuordecim digeri iubet. ac iterum destillari in Balneo Mariæ. Deinde addit camphoram, rhabarb. crocum, ambram, & moschũ. Quòd si aquam inquit, adhuc meliorem desideres, adijce pretiosos quosdam pulueres seu species confectiõnũ diambrae, diamoschi, diamarg. &c. & ducatos aliquot optimi auri cũ sacchari selibra: & tribus diebus in tepida aqua Balnei Mariæ digeres, postea destillabis per filtrum in uitris retortis, bene lutatis, ita ut unum uitrum altiore situ sit quàm alterum. Et hæc

saluiæ, florú lauendulæ, maioranæ, ab-
 finthij, rorismarini, rosarum rub. car-
 dui bened. pimpinellæ, tormentillæ, Va-
 lerianæ, granorum iuniperi, baccarum
 lauri, terræ sigil. boli Armeniæ præpar.
 ana drach. duas. Dictamni, angelicæ, bi-
 stortæ. corticum citri, melissæ, zedo-
 riæ, inulæ camp. gentianæ, rhapontici,
 ana drach. tres. Coriandri præp. florum
 borraginis, buglossi, sandali albi & ru-
 bri, seminis acetosæ, basilici, rhabarba-
 ri, ben albi & rubri, granorú paradisi, pi-
 peris, ana sesquidrachmam. Zinziberis
 drach. duas. Cinnamomi, croci, specie-
 rum confectionis contra pestem, ele-
 ctuarij liberantis. elect. de gemmis, dia-
 moschi dulcis, diacameron, diambra,
 diarhodon abbatis, lætificantis Alman-
 foris ana drachmam. Calami arom. cá-
 ryophyllorú, macis, nucis mosch. cube-
 barú, cardamomi, galangæ, agallochi,
 ana scrup. duos. Osis de corde cerui,
 spicæ nardi, cāphoræ ana drach. semis.
 Folia auri octo. Moschi semis scrup. The

riacæ electæ unc. quatuor. Mitridatij
unc. duas. Vini sublimati rectificati mē
suras duas. Destillentur per alembicū.

Aqua uitæ contra pestem, à quodā no-
stri temporis medico Solodori in Hel-
uetia anno Domini 1547. magno & mi-
rabili successu comprobata, ita ut
uix decimus quisq; ex in-
fectis qui eam sumpse-
runt, perierit.

R. Margaritas optimas, hyacinthum
oriētalem, matrem perlarum, corallos
albos & rub. de singulis uncias duas.
Vnicornis cornu fescunciam. Croci,
myrrhæ, boli Arm. terræ sigillatæ, ze-
doariæ Venetæ, ligni aloes, eboris, Mi-
thridatij, Theriacæ Alexandrinæ, cin-
namomi electi, ben albi & rubei, cor-
ticum citri & seminum, singulorum
uncias duas. Sandalorum omnium, de
singulis fescunciam. Ofsicula de cor-
de cerui numero duodecim. Grano-
rum

rum pęonię, baccarum iuniperi, utro-
rumque numero sexaginta. Conferuę
buglossę unc. duas. Radicum tormen-
tillę, dictamni uulgaris, inulę, astran-
tię, chelidonij, Libyftici uulgaris, mor-
fus diaboli, ari, Valerianę, saxifragę illi-
us quam Germani bibinellam uocant,
angelicę, de singulis iftarum ftirpium
radicibus unc. duas. Saluię, scabiofę,
rutę, mentaftri, pulegij, centaurij mi-
noris, abfinthij, rofarum alb. & rubr.
de singulis manipulum. Liquorum de-
ftillatorum, roris marini, gentianę, me-
liffę, betonicę, rofarum fylueftrium,
fonchi fiue cicerbitę quã noftri cardu-
um anferinũ uocant, cardui benedicti,
hyffopi, florum borraginis, plantaginis
maioris, iridis, fingulorum uncias quin-
que. His ad hunc modũ collectis, mox
liquores deftillatos, ut decet, in balneo
Mar. mifcebis cum optimo uetere ui-
no Alfatico, aut potius cum aquę ui-
tę fexies deftillatę libris quatuor, in
ualida cucurbita uitrea menfurarum

quatuor capace: quam bene lutatam p
quadriduū in Balneo M. reliques. Dein
de hyacinthos, corallos, margaritas &
matrem perlarū in calcem rediges igne
urendo, & super marmore conteres di
ligentissimè ita ut nulla amplius asperi
tas tactuise offerat. Hunc puluerē in ua
se aliquo impones, & cum aqua rosa
cea dilutum defundes: & quicquid a
speriusculū remanet, quod non misce
tur cum aqua iterū teres & denuo di
lues. Corallos quidē tritos liceret per
dies quatuordecim in succo berberis
impositos in aquam resolvere, qui mo
dus melior uidetur. Post hæc, radices
mediocriter contundes, & similiter iu
niperi & pæoniæ semina: herbas uerò
discindes. Deinde in ualidam cucurbi
tam uitreā sex mensurarū capacem im
mittes herbas, radices & gemmas cum
rosacea dilutas, & superinfundes aquā
uitæ quæ cum liquoribus stillatitijs in
Balneo M. digesta est. & luto sapientiæ
munitam cucurbitā impones in foueā
quam

quam in loco humido excitâris, ut in cella aliqua subterranea, altitudine duorû cubitorum, longitudine & latitudine ferè quatuor cubitorû, quam fimo equino & calce replebis alterno situ stratorum, ut uocant, ita ut pedes duos supra foueam emineant. In huius medio cucurbitam relinques per mensem. Deinde paulatim remoto fimo auferes eam, et materiã quam continet destillandam, in sex minores cucurbitas distribues, & in Balneo M. destillabis, igne tam lento ut ab unius guttę ad alterius delapsum decem unitates ordine numeres. Omnino enim cauédum est, ne iusto calidius sit Balneú. Peracta destillatione fæces in singulis cucurbitis relictas rude siue bacillo aliquo medio criter agitabis, & aquam à singulis tractã denuò superinfundes, ac iteratò destillabis igne lento, ut prius. Hac etiam destillatione finita, fæces omnes effunde: & liquores in sex cucurbitis collectos distribue in duas cucurbitas,

quarum utraq; tres mensuras capiat, & in Balneo Mariæ leniter destilla. Sic habes thesaurum & incomparabile aduersus pestem remedium. Vfus est eius tum ad præseruandum. tum etiam ad curandum, imperato sudore post eius potum. Cum primum autem aliquis se peste infectum senserit, (modo ne post uiginti quatuor horas id fiat, post enim id tempus nulla aut minima remediorum spes,) semuncia huius liquoris epota, in lecto mediocriter opertus sudorem expectet, in cubiculo, ubi aeri aditus sit exclusus. Incipit autem sudor ferè post sesquihoram. & perferri debet ut minimum tribus horis: præstabit autem si paulò plus uel quatuor horis sudetur, nullo interim potu admissio, & facie subinde absterfa linteo. Postea paulatim remotis stragulis & absterfo corpore, cum surrexerit æger, hordeum coctum, aut paucam tostam farinam arenæ

renæ in iusculo edet admixto aceto
rofaceo, aut simplici. quod etiam per
dies octo semper admiscebitur cibus
eius. Pro potu sumet hordei decoctum
cum passulis & glycyrrhiza, bene re-
frigeratum, quantum libuerit. & uino
per tres aut quatuor dies abstinebit,
postea diluet aqua. Cibo igitur post
sudorem sumpto, lectus nouus ægro
parabitur, aut permittetur ei pro arbi-
trio in cubiculo, sed absq̃ aere, uersa-
ri, per tres quatuorue dies. Quòd si à
sudore internum calorem ad huc per-
ceperit, bibat liquorem destillatum
ex refrigerantibus, ut papauere erra-
tico, moris, intybis, floribus sambu-
ci, aut acetosa. Et si inter sudan-
dum, ut sæpe fit, anthrax aut bubo
exoriat, hoc remedio utêris. Ce-
pam parte aliqua rescinde, excava,
& in cauum impone theriacam, tor-
mentillam, dictamnnum, diligenter tri-
ta, partibus æqualibus, & partem re-
scissam repone, & inuolue stuppa hu-

humida, & sub cinere per sex horas affa-
to: tum in pila tritam, per linteolum a-
ceto rosaceo affuso exprimito. Inde
madidum linteolum loco impones, &
quoties inaruerit, rursus madefacies.

Quòd si quis semel in mense semuncia
huius liquoris pota sudauerit, præser-
uabitur. Proderit etiam si quis quoti-
die mane unam aut alteram guttam ore
aliquandiu retinuerit.

Aliam aquam uitæ tum ad pestem tū
alios morbos cōmendatam describit
Vlftadius cap. 46.

Aqua uitæ seu quinta essentia, cuius
præsentaneus est effectus aduersus ue-
nena, præsertim ex animalibus morfu
ictúue relicta, à Matthæolo Senensi de-
scripta libro 6. cōmentariorum in Dio-
scoridem. Libra antidoti nostræ iam
descriptæ, (cuius descriptione nos bre-
uitatis causa omittimus, licebit autem
eius loco ponere optimã theriacã, uel
Mithridatiũ uel aliam efficacẽ antido-
tum) & libra syrugi de corticibus citri,
miscan-

miscantur cū libris quinque aquæ uitæ
toties destillatę, ut ad quintam essentiã
peruenerit, & ponatur in cucurbita ui-
trea duplę capacitatis, (hoc est librarũ
quatuordecim) & eam bene lutatã tan-
diu leniter commoueto, donec antido-
tus tota resoluatur & misceatur cum li-
quore. Sic per mensem relinques, bis in
septimana similiter mouens aut agitãs.
Exacto mense aquã claram, quæ supra
antidotum in fundo subsidetẽ ascen-
dit, paulatim & leniter defundes in ali-
ud uas uitreum, & optimè obstructum
reseruabis. Hic liquor tam efficax est,
quod innumeris experimentis mihi cõ-
stat, ut si media eius uncia è uino bibat,
aut cum aliqua aqua destillata idonea,
aut etiã per se, hominẽ ueneno ex mor-
su ictũue cuiuscũque animalis infectum
restituatur, etiã si & uocem & sensus iam
amiserit, & magna cū admiratione om-
nium reuocet. Vt plurimũ etiã humo-
res iam infecti uomitu redduntur. Ea-
dem uis est contra uenena quæ quis in

cibo aut potu sumpferit. Est enim huius liquoris uis adeo subtilis & efficax, ut uel momento temporis omnes corporis uenas penetret. Similiter etiam alijs multis & diuersis affectibus medetur, ut eruditus quisque medicus per se æstimabit: imprimis uerò pestilentia resistit, tum præseruando tunc curando infectos, Hæc Matthæolus.

Aqua uitæ ad colicam affectionem. In mensuram aquæ uitæ rectificatæ immittes cinnamomi semunciam, nuces moschatas duas aut tres, caryophyllorum scrupulos duos. singula trita, diei spatio. & destillata inde aqua in alembico uitreo, cochleare plenû ægro propina, Andreas Furnerius.

Aqua uitæ Georgij à lapide. Cinnamomi, cubebarum, zinziberis, nucis moschatæ, caryophyllorum, galangæ singulorum uncia, Saluiæ recentis unciæ quatuor. Vini sublimati sexies ex uino optimo & non ex faci-
bus.

bus, ad pondus omnium, id est uncia decem. Destillatæ per alembicum aquæ quotidie tantum sumi debet quantum auellana caperet. Hac usum aiunt M. Gallum physicum Caroli imperatoris, & uixisse annis 124.

Aqua uirtutum nobilissima, auro & argento præferenda, ex libro quodam manuscripto. Caryophyllorum, cinnam. macis, galangæ, zedoariæ, baccarum lauri, granorum paradisi, singulorum semunciam. pulegij, saluiæ. hyssopi, rutæ, betonicæ, ceri folij, camphoræ, serpentine, sing. semunciam. granorum iuniperi, sem. fœniculi, sem. petroselini, sem. aquilegiæ, sileris montani, florum costi, sem. apiij, herbæ paralytis, castorei, sing. drachmas duas. Libystici, spicæ nardi, cubebarum ana unciam. pimpinellæ uncias duas. diatr (legerim, dianthos) drachmas duas. Hæc omnia in uino destillato per dies quatuordecim, deinde colabis uinum, species conteres & rursus admixtas

uino per dies octo relinque & destilla: & tandem inijce aliquot folia saluix recentia. Vires ei attribuuntur eadem omnes quas supra scripsimus in aquis uirtutū, quæ circiter uiginti uni ex eis attribuuntur: Sanitatis conseruatio, iuentutis restauratio, & aliæ, quæ etiam ferè simplici aquæ uitæ rectificatæ adscribuntur.

Aqua uitæ quædam in libro quodam manuscripto cōtra lepram & pestilentiam commendatur: ad cuius compositionem fumus terræ, urtica minor, folia bedeguar, in uino macerantur in Balneo M. per mensem, deinde destillantur iniecta etiã auri in puluerē redacti drachma. deinde additur uinū destillatum quod cum pipere sit decoctū, ut æqua sit utriusq; liquoris portio: qui iuncti & per octo dies simul in balneo M. macerati iterū destillant. Huius aquæ cochleare quotidie mane bibi iubet per mensem, & loca leprosa inungi. Purgari ea sanguinem aiunt, & congelatum
dissolui,

dissolui, & totam corporis temperiem inde mutari: & si credere fas est, omnes feré morbos curari.

Aqua uitæ Empirici cuiusdã, ad diuersos morbos peculiari quodã & egregio apparatu cõposita. Pedis coruini, iuæ moschata, saluiæ, turionú ebulli, betonicę, hyperici, chamędryos, samfuchi, chamæpityos, origani. pulegij, hyssopi, rutæ, caryophyllatæ, gentianę aristolochiæ rotundæ, singulorú manipulus fescui. Polypodij, schoenoanthi, spicæ, cassiæ lignæ, folij, singulorum drachma. Baccarum lauri drachma semis. Chamæmali drachmæ duæ. Nucleorú persicorú, balsamitæ, pimpinellæ, chelidoniæ, agrimonię singulorum uncia duę. Rosmarini uncia. Dictamni tormentillæ, scabiosæ albæ, singulorú uncia quatuor. Seminis bardanæ fescucia. Anisi, foeniculi, serpylli, alkekengi, granorum iuniperi, petroselini, singulorú semuncia. Sauinæ, nasturtij, utriusque manipulus semis. Carui, cumini,

fefelios, singulorum drachma semis.
 Cineris uespertilionis, tamarisci, radi-
 cis ireos cum floribus, singulorum sem-
 uncia. Ex his omnibus fiat puluis qui
 diuidatur in sex partes: quarum unam
 pones in aqua uitæ ter destillata, & re-
 linques fermentari per diem naturalem,
 tum destillabis, & postea aliam par-
 tem pulueris in aqua ista destillata fer-
 mentabis destillabisq; similiter. & sic
 deinceps singulatim cæteras quoque
 partes omnes fermentatas destillato,
 & ultimum liquorem serua. Deinde,
 Nucis moschatae, macis, cardamomi,
 folij, cinnamomi, zedoariae, singulo-
 rum uncia tres. Agallochi, sandali al-
 bi & rubei, singulorum uncia duæ. Of-
 sium de cordibus ceruinis, uncia. The-
 riace ueteris, uncia. Zinziberis, amo-
 mi, cubebarum, & granorum paradisi,
 galangæ, piperis, singulorum uncia
 quatuor. Moschi electi uncia uel plus,
 saltem non minus semuncia. Trita
 hæc omnia ponantur in prædicta aqua
 per

der triduum. deinde iterum destillétur lento igne in balneo Marię, ter, semper refundendo aquam abstractam super fæces. Tandem adde huic liquori olei oliuarum clarissimi quartam partem, & tãtundem mellis optimi despumati, & cū per diem quieuerint, destilla ut supra. Vtilis est hic liquor dolori capitis, epilepsię, manię, uertigini, obscuritati uisus, deficienti auditui, pectori obstructo, cardiacę: item contra uenena, chiragram, podagram, guttam, arthritin. Sanguinem purgat, febres omnes de frigida causa tollit, stomachum roborat. Curat colicam, ileon, diabeten, splenis & iecoris obstructionem, aquam hypofarca, & passiones omnes ex frigida causa natas. Denique selectissimum est remedium pro conseruatione corporis. Propinatur quantū dimidia nux auellana caperet cum cyatho puri uini albi.

Alia. Mellis despumati libram,

Aquæ uitæ ſelibram, ligni aloes uncias tres. Gummi Arabici uncias duas. Nucis muſcata, galangæ, cubebarû, cinnamomi, maſtiches, caryophyllorû, ſpicæ nardi, moſchi, ſing. drachmas tres. Ambræ drachmas duas. Hæc omnia pariter trita miſce liquidis, & deſtilla. Hæc aqua foetëtem animam emédât, dentes dealbat, ſurditatem & tineã capitis curat: & omnia uulnera ſanat, ſi intinctû ea linteum ſuperponatur. deniq; iuuentutem conſeruat, & amiſſæ ſpeciem reuocat.

Aqua magnæ uirtutis in paralyſi, quã amicus quidã ceu experimentis cognitã nobis communicauit. Caryophyl. galangæ, zedoariæ, nucis muſcata, piperis utriuſq;, baccarû iuniperi & lauri, corticum citrij & arantij, zinz. albi, foliorum ſaluiæ, ozimi, libanotidis, ſamſuchi, menthæ, pulegij, gentianæ, florum ſambuci, roſarum rub. & albarum, ſpicæ, ligni aloes, cardamomi, cubebarum, calami aromatici, ſtichadis Arabicæ,

Arabicæ, chamædryos, chamæpytios, macis, mercurialis, sem. artemisiæ, caricarum, passularû, dactylorû sine osib. amygdalarû dulcium & amararum, pineorum, singulorum drachma. Consolidæ utriusq, uirgæ pastoris, ben albi & rub. singulorû drachmæ duæ. Scolopendrij sesquidrach. Laureolæ drach. semis. Mellis albi drach. quinque. Sacchari libræ tres. Theriacæ, Mithridatij utriusque uncia quatuor. Aquæ uitæ quater destillatæ libræ sex. Destillentur in uase duplici, lento & continuo igne, donec mutetur color, tunc muta recipientem, idq, ter facies.

Compositiones duæ aquæ uitæ ex
Raymundi Lullij libro
de aquis.

In sequentibus aquis uitæ compositis etsi Raymundus non exprimit uinumne medicamentis an aqua ardens, ut simul destillentur, addi debeat: ui-

sum est tamen hoc loco eas recensere, quòd Raimundus uideatur omnino in aqua ardète, hæc remedia destillari uelle, potius quàm in uino, ut qui ubique liquores perfectiores & sæpius destillatos probet.

R. radicum fœniculi, rusci, capillorum Veneris, asparagi, raphani, petroselinii, eryngij, milij solis, endiuix, scariole, singulorum partes æquales. misce et lento igne destilla. (Apparet hunc liquorem mouendæ urinæ, & aduersus calculos utilem esse.)

Alia. R. Caryoph. nucis musc. mastiches, daronici, zedoariæ, galangæ, piperis longi, corticum citri, saluiæ, sambuci, (forte samfuchi,) anethi, spicæ nardi, ligni aloes, cubebæ, cardamomi, lauendulæ, mentæ, pulegij, origani, calami aromatici, sticados utriusque, chamædryos, chamæpityos, (singulorum partes æquales.) et parum moschi. Trita destillentur. (Facultates sunt eadem quæ aquæ uitæ simplicis, sed longè effica-

efficaciores. Vel eadem quæ supra alij aquæ uitæ compositis ex pluribus medicamentis attribuuntur.) Deinde sequitur aqua ex multis remedijs frigidis composita, non suo loco (ut uidetur) quam supra commemorauimus, in Essentia quinta frigida. Deinde subiicitur Aqua uitæ perfectissima, (ut uocat: nimirum quòd ex plurimis ijsq; calidissimis composita sit.) R. Euphorbij, serapini, opopanacis, pyretri, caparis, schoenoãthi, spodij, bdellij, piperis longi & albi uel nigri, cubearum, castorei, zedoariæ, singulorú partes æquales. quibus addes mastichen bonã, & parum ambri, croci, & oſis de corde cerui. Item R. omnia antedicta in aquis compositis, & igne lento destillentur. Est enim aqua mirabilis, & remedium omniú mater ac princeps: cuius mirabiles & innumeræ sunt uirtutes contra omnes passiones frigidas. Et fit tali modo, &c. subiungit autem destillandi modum per serpentinã, ut

uocant, & alia addit quæ omnia aquæ uitæ simplici conueniunt, ut codicem nostrum librarij culpa mutilatum existimem.

De remedijs quæ Aquæ uitæ miscentur citra destillationem, primum intra corpus, deinde extra.

Sæpe instrumenta, tempus aut sumptus aliquem deficiunt, quó minus medicaméta quorum uim impressam uellet (ceui per metempsychosin quandã) in Aquã uitæ, per destillationem ei admisceat, qui unus miscēdi optimus modus est. nam & per digestionē seu præparationem in moderato calore primum aliqua mixtio fit, deinde in destillatione dupliciter, uaporũ primò per minimas & tenuissimas spirituum partes, deinde guttatim cum in aquã concrelescunt. mixtionis uerò omnis perfectionem et colophonem circulatio imponit.

ponit. & sanè nulla quàm homines moluntur mixtio, proprius imitari potest naturalem: Quod uel hoc argumento à fine & effectu sumpto constat, quoniam hoc modo parata & mixta, minus quàm ullo alio corrumpuntur: & simplicissimã quandam purissimãq; essentiam naçta, ut omnino ad sensum simplicia, & æthereæ seu quintę essentię similia uideantur, ad incorruptionem quandam, quoad eius fieri potest, perueniunt. Hoc quidem constat, quo quæc; res minus exactè & per omnia mixtas è quibus constat partes habuerit, eò uicinorem esse corruptioni: quod primũ & præcipuè in ijs quæ meteora dicuntur corporibus, deinde alijs multis siue per naturã siue per artem mixtis, facile intelligitur. Sed quoniam in diuersis adeò hominum conditionibus alij alijs de causis impediti, non semper quod optimũ est sequi possunt, si quinta essentia fieri non possit, secunda saltem aut tertia, aut quotquot licuerit,

destillationes lēto igne repetātur. Multo melius enim omnis mixtio peragīt paulatim & lentē, quā subitō & uiolenter. Et si destillare simul cum aqua uitæ remedia, quorum uim miscere ei dēsideramus, non licuerit: contrita saltem aliquandiu in ea macerentur. attrahit enim ad se omnium ei impositorum uires: Extat Arnoldi de Villanoua liber, aut Rogerij potius, quem manuscriptum habeo, in quo docetur singillatim ad quos affectus & morbos, quæ medicamenta in aquā uitæ maceranda infundi debeāt, per singulas corporis partes, quās ille duodecim zodiaci signis attribuit.

Gentianam aduersus grauissimos quosdam morbos & uenena antidotum esse optimam, multis hæctenus seculis notum est. sed multō efficacius pollinem eius cum aqua ardente faucibus pecorum, quæ ueneno in cibo potuue uel morsu ictuue læsa sciunt aut suspicantur, quidam infundunt: & si

fi gentiana desit, ipsam aquam ardentem per se. Ad hominis morborum quorundam remedia, præsertim thoracis, apomeli addi potest. nam & alioqui in delicijs quibusdam apomeli cū aqua ardente mixtum, & madidus eo tostus panis, pro ientaculo sumitur.

Poteris & arte destillatam ex gentiana cum uino aquam cum apomelite aut uino aromatite dulci contra diuersos morbos propinare.

Absinthite uinum præstantissimum aliqui hunc in modum parant. Absinthij, præsertim sicci, comis aquam ardentem optimam superinfundunt, & tantundem uini maluatici. huius cochlear paruum miscent cum paruo uini haustu & propinant. Sic statim & efficaciter fit, & diu conseruatur. ego in colica aliquando feliciter propinaui. Eadem ratione in alijs etiam tum herbis tum aromatibus, & cæt. uti licebit. Nam & breui tempore sic uirtus extrahitur: & gratior fit potus,

& satis longo tempore conseruatur.

Aqua uitæ uiridis. Melissæ & balsamitæ, quas in umbra siccaueris, illius uncias tres, huius duas, infunde in libras quatuor aque uitæ quater destillatæ in balneo M. per dies octo, deinde utere (siue per se, siue) admiscendo ei alias aquas uitæ compositas, ad cõfirmandum stomachũ. Oportet aut in umbra siccatas esse herbas, ut uiridis & pulcherrimus color reddat. Nam si in Sole siccâris, aqua fiet obscura ceu succus alicuius herbe, Vlstadius capite 56. Licebit & alijs coloribus tingere, qui simul & coloris gratiã & remedij uim augeant, ut croco, pastinacis luteis & rubëtibus aridis. Sunt qui per æstatem cerasa acida nigra addunt, unde etiam sapor fit gratior, & calor minus remittitur.

Aquæ ardenti quidã inijciunt mentam concisam & contusam, insolantq; per quatuor aut quinque dies, postea colant, & rursus insolant. Hac extremum
nasum

nasum illinūt aduersus corruptum & pestilentem aerem.

His subijciam aquæ ardentis usum cum alijs medicamentis extra corpus.

Multi ungentis calidis, qualia sunt, Martiatú, Arragon, dialthæa: usus tempore aquæ ardentis aliquid miscent, & ita inungi iubent.

Aqua cerebro calorem fouens ac restituens, qua perfricandú est caput. Aquæ uite uncię duę. Moschocarij, caryophyllorum, samfuchi, cubeborum, piperis longi, sing. drachma semis. Trita misceto, capitiq; infricato aliquandiu. Sunt qui euphorbij scrupulum semis addant, Epiphanius Empiricus. alij alia odorata & calida addunt, ut Saluie uncias sex. Rutæ, zinzib, granorum paradisi, cinnami, florú roris marini, corticum citri, ana semunciam. Olei laurini unciam. Spicæ drachmam. Castorei ses

quidrachmam. Et in destillato liquore suspendunt moschi & ambræ, utriusq; granum. Hunc illitum capiti prodesse aiunt, etiam odore, paralylin & apoplexiam auertere.

Aqua mirabilis ad pudendorum abscessus eiusdem. Ouorum uitellos tres ad duritiem tostos & minutim incisos pila conteres: aquæ uitæ heminam superinfundes cum scrupulo aluminis, drachmis duabus camphoræ & dimidia æruginis, singulis contritis. Macerata aliquandiu per linteum ualidè exprimes. Hoc liquore imbuta linamenta ter quaterue per diem ulceribus imponantur. miraberis effectum.

Aqua pro lauandis partibus paralyticis. Myrrhæ, aloes, ladani, terebinthinæ, castorei, sing. drachmas duas: zedoariæ, galangæ, cubebæ, nucis mosch. piperis longi, pyretri, singulorum drach. tres. Herbæ paralytis, iuæ arthriticæ, stichados Arab. saluiæ, samfuchi, mentæ, pulegij, centauij minoris,

ris, rosmarini, singulorum semunciam. Omnia trita infundes in aquæ uitæ destillatæ libras duodecim per tres dies: Ut reperi in libro quodam manuscripto: sed forte nimia est aquæ uitæ mensura. nam ad singulas libras eius, sex drachmæ tantum (cum scrupulo forte) specierum adduntur.

In Gallico morbo interdum fauces & guttur ex prauis destillationib. erodunt, quibus nisi succurratur, sæpe gargarion absumitur, sæpe usq; ad ossa transit corruptio. Itaq; purgatiões & diuersiones fieri debent, &c. Fit & aqua ad id mirabilis: destillatur theriaca in aqua uitæ & aceto per alembicum, aqua exit limpidissima uirtutum multarum: præcipuè autem ualens ubi profundius conduci uis medicamenti debet. si ergo bolú Armenium aut sphragîda in eo dissolueris, ac partes erosas tetigeris, & seminaria eius contagionis absumes, & erosioné omné sanabis, Fracastorius libro 3. de contagione.

*DE AQUIS DESTILLATIS
compositis, sed alijs quàm cum
aqua vita.*

A Quas quæ ex duabus aut plurib. medicamentis permixtis destillatæ sunt, compositas uoco. Harum aliæ medicinales sunt, aliæ odoriferæ, aliæ cosmeticæ, id est ornandi gratia inuentæ. Sunt quæ simul duo ex his aut etiam omnia præstent. nos unamquãq; tamẽ ad unum genus referemus, in quo scilicet magis excellit. Medicinalium rursus aliæ intra corpus sumuntur, alię extra tantum adhibentur, aliæ utrobiquẽ. Nos duo tantum capita instituemus. nam licet quædam utrobique usurpentur, magis tamen uel intus uel extra. Rursus earũ quæ in corp^o sumunt, quædam simpliciores sunt, quas priore loco describemus: secundo ex pluribus compositas. De aquis uitę compositis, ubi species in aqua uitę simplici macerantur, separatim scripsimus: Hic reliquas,

reliquas, ut dixi, & quas caponū aquas uocant ponemus, & unam cum medicamentis aliquot in sanguine porci infusis.

In uino macerari & postea destillari, de ijs præcipuè herbis & medicamentis institutū uidetur, quæ per se parum succi habent, ut saluia, betonica, melissa, absinthiū, &c. quæ in super odorem suum, attrahente illum ac imbibente, uino, ne ob tenuitatem dissipetur, ita firmiter retinēt. Dicemus autem hie etiam de quibusdā in uino macerandis, sed recentibus. Nam supra de aridis in uino alioue liquore maceratis atq; ita destillatis egimus.

Betonica, uulgo dicta *cerenbrensi*, in uino per dies aliquot maceratur, & similiter melissa. Vires nimirum eadem sunt, sed efficaciores tenuioresq; quæ herbis ipsis per se.

Melissa id est citraria (inquit Lullus) ponatur in uino ad destillandū. Huius uini cochlear bibatur à ieiuno. Intelle-

ctum, & ingenium acuit, memoriam auget. Cui lingua impeditur, is lintum hoc uino madidum linguæ imponat, & rectè loquetur, nisi balbutiat naturaliter. Epilepticus cū pauca theriaca ieiunus bibat & perfectè curabitur. Curat anhelitū foetentem, & aufert dolorem dentium. Carnes uel pisces in eo positi non putrescunt, & seruari possunt quàm diu libuerit. Vino corrupto infusum, id restituit. Calculos frangit, urinam & menses prouocat. Valet contra iliacos & renum dolores. Contra scrophulas bibi debet, & emplastrum ex herba fieri. A ieiuno pota rumpit omnes internos & latentes abscessus. Sanat omnes punctiones, quæ ad cor aut latera feruntur. Omnibus uermium intra corpus generib. aduersat. Omnes deniq; corporis tum uiui tū mortui corruptiones tollit: & omnia quæ tangit sanat, seruatq; in bona sanitate, & bona uirtute. Spiritus exhilarat, omnibus membris confert, & sanat genera
nera

nera guttarum frigidarum. Nervos super omnia confortat. Vtilissimum est contra scabiem ex frigore generatã. Visum bibentis acuit: caliginem & lachrymas & superfluos humores oculo rû tollit. Pectori salubre, concoctioni utile cõtra malos humores quib. impedit. Cũ bono uino potũ, appetitũ ciet. Labes, lenticulas siue maculas faciei inde ablutæ abstergit, quod si adiecto paucò balsamo facies lauetur, bonitas coloris efficitur. Gingiuas curat. Odor eius occidit omnes muscas & uermes. Hydropen sanat cuius causa est frigida: & choleram superfluam, potu & ablutione. Omne genus uulnerũ utiliter eo abluitur, & sic ab omni putrefactione præseruat. Omnia febrĩũ genera sanat, maximè quartanas. Sancti Lazari morbus huius uini potu crescere prohibet. Prodest etiam ijs quorũ imminutum est cerebrũ, & phreneticis. Item si quis casu ederit araneam, & statim hoc uinum superbiberit, ueneno lædi non

potest, Hæc Lullius. Melissa contusa in uino per noctem maceratur. Destillatam hanc aquam quotidie potam uel (&) in ore retentam apoplecticos sanare aiunt. itē comitiales, hydropē, quartanam, aliosq; uarios ex bile atra aut pituita affectus. Datur etiā ad uulua stragulationem & dolorem dentium, Remaclus F.

Aqua centaurij minoris, auro comparanda. R. Gentianæ partem unam, centaurij partes duas. Trita & quinque diebus in uino macerata destillato. Hæc aqua mane & uesperi pota præferuat corpus ab omni morborum genere. omnia apostemata excludit. bonum colorem facit. Pestilentie resistit. phthicos sanat. stomachum repletū inanit. calculū in renibus frangit. aquosos splenis humores separat. menses promouet si nouem diebus quotidie mane bibatur, & uterū expurgat. Item purgat omnem bilem & sanguinem corruptum. Omnes plagas intra corp⁹ sanat. uisum clarifi-

clarificat. Morfus uenenofos curat. Ad uulnera quidem fananda centaurij etiam puluis imponi debet, Lullius in lib. de aquis. Quidam hodie aridas gentianæ radices in uino macerāt, & aquã inde efficaciffimam deftillant.

Saluiæ & pulegij partes æquales in mortario contufas deftilla. Hæc aqua calefacit hominem nimis refrigeratū. Coctã cum caftoreo quotiefcunq; aliquis biberit ea. (calidã uel eam) per tot dies prolongat uitã eius ufq; ad temp⁹ ftatutū à Deo. Nec potefteffe quisquã tantopere refrigeratus, quin ea pota cum caftoreo nouẽ diebus perfectè fanetur. A ieiuno pota remouet malum uentris, & omnẽ guttam, & fcabiẽ, & facit bonũ fanguinem, optimũ colorẽ in facie: & ad alia multa prodeft, ter die pota, Aegidius.

Aqua de iuniperi baccis recentibus uino maceratis deftillatur. Ego aridas in uino maceraui, unde liquorẽ deftillatum optimum & odoratum habui.

Iridis radices contusæ per duos aut tres dies in uino albo macerantur, & destillantur.

Sed quarumuis herbarum radices, quæ in usu medico sunt aut esse possunt, concisæ minutius & dies aliquot in uino maceratæ, aquam reddunt eiusdem facultatis, sed tenuioris, & cæt. Minus autem uini affundi debet recentibus radicibus, quàm aridis: & forte illis etiam minus, quæ aut refrigerare debent, aut modicè calefacere. quare easdem recentes potius quàm aridas destillabimus, ut pauciore uino indigeant. aut si recentes desint, in aqua potius macerabimus aridas, aut in alio quopiam liquore idoneo, aceto interdum, præsertim ad usus extra corpus.

Gualtherus Ryffius radices in uino maceratas destillandas enumerat, quæ sequuntur: Allij, Angelicæ satiuæ & aquaticæ, ari, aristolochiæ ca-
uæ

uæ quàm uulgò sic Germani uocant, afari, bistortæ, bryoniæ, carlinæ, dracunculi, eryngij, hibisci, hirundinariæ, iridis, inulæ, lapathi, liliorum, mei seu dauci cretici, pæoniæ, pastinacarum, petasitæ, peucedani, pimpinellæ seu potius saxifragiæ: polygonati, pyretri, raphani communis & syluestris, raporum, rubiæ, satyrij, scrofulariæ maioris, symphyti maioris, Valerianæ.

Hic dum suas singulis facultates adscribit integrum librum facit, cum tamen alias uires non adferat, quàm quæ remedijs ipsis simplicibus etiam ante destillationem attribuuntur, quod uno uerbo ipsum ab initio monuisse satis fuerat. Et sanè miror cum tanto studio libros transcripserit, & sua omnibus modis ad magnitudinè augere conatus sit, cur alias plurimas radices omiserit, imò potius cur non omnes quæ in ullo sunt medicorū usu enumerauerit cū suis singulas repetitis facultatib.

quod quidem ne faceret non uoluntatem ei, sed memoriam festinatione impeditam defuisse puto.

Raphanū syluestrem, quē uulgò maiorem uocant, in uino per aliquot dies maceratū, minutatim concisum, efficacē stillatitium liquorem reddere crediderim. facile enim acrimoniā suam deponit in liquores in quibus maceratur, ita ut etiā dulces quædā radices, ut pastinacæ, simul cum eo in aceto maceratae, acriores euadant, raphani uerò segmenta suā acrimoniā exuant. Aduersus calculos quidem in aceto macerari poterit, unā cū apij radice & aniso, &c. & destillari in cineribus.

Pyretri radix recens (uel etiā arida) cōtrita & in uino macerata destillatur: uel etiā, ad dentiū dolores & apophlegmatismos, in aceto siue recenti siue destillato, ut docet Ryffius.

Aqua utilis aduersus dentiū putredinem. Radices pyretri tenuissimè contritas cum uino generosissimo misce:
&

& fac mixturam quæ sit similis aquæ uitæ compositæ. hanc per alembicū destillabis. Vfus tempore cochlear plenū gustabis. (ore continebis,) mane uel quando uolueris. nam breui senties remediū. Sanat dentes infirmos, corruptos, concavos: eosdē purgat & clarificat: Et ad omnē putredinē siue immunditiam oris extrahēdam, & per sputum excernendam prodest, Innominatus.

Aqua ad epilepsiam, cuius duo uel tria cochlearia in ipso paroxyfmo dari debent, ab amico nuperrimè nobis comunicata. Aquã angelicæ, quam in uino optimo per triduum præmacerare poteris, & aquam lauendulæ, pari portione misce & da patienti.

De uino et lacte simul destillatis, scriptum est supra in simplicibus aquis ex animalibus.

Aquę compositę quędam, uel ex remedijs per se, uel cum aqua fontana destillandis, ex Rogerij tractatu 4. cap. 6.

Aqua extracta è folijs hyssopi, leuistici: fatureiæ, præsij, inula, & floribus iridis & trifolij illius quod multos flores gerit ad magnitudinem nucis gallicæ, cuius flores si sugatur succum dulcem reddunt. Humores phlegmaticos thoracis dissoluit, sputum attenuat promouet & incidit.

Aqua destillata ex gummi Arabico, tragacantha alba, glycyrrhiza, uiolis, maluis, omnibus in aquâ infusis & destillatis. Caliditatem pectoris reprimat, & siccitatem emendat.

Aqua foliorum plantaginis, quinquæuæ, tormentillæ & rosarum, si bibatur cum uino calido, pectoris uulnera ex causa calida consolidat, & dyscrasiam calidam alterat.

Aqua extracta è folijs uel floribus iacæ albæ uel nigræ, uerbasco, rosis, sauina, lappa inuersa, intemperiem thoracis frigidam emendat, phlegmaticos humores consumit, & uulnera thoracis

cis ex frigida causa consolidat.

Aqua destillata è menta, betonica, melissa, balsamita, satureia, salvia, serpillio, polio, pulegio regali, hasta regia, ex folijs singulorum: capitis & stomachi infirmitati ex causa frigida medetur, fluxum uentris eadem ex causa sistit, concoctionem iuuat.

Aqua è floribus uiolarum & maluarum, alterat & laxat.

DE AQVIS VIRTVTVM SIVE Aureis, & alijs quibusdam compositis ex pluribus remedijs, cum vino destillatis.

A Quæ uirtutum, quas Germani aureas nominant, omnes destillantur aromatibus & herbis odoratis, (præcipuè salvia, quæ tanquam basis in hisce aquis compositis uidetur,) per dies aliquot prius in uinum infusis: & in usu frequentiore sunt foris adhibitæ, quàm intra corpus sumptæ, præcipuè ad

spiritus suo odore confortandos. et cōtra capitis dolores, &c. Sunt qui simpliciter in uino infundi iubeant, alij uase optimè obturato (quidā in lagena stanæa) posito in cella uinaria, in fimo eqno, in balneo Mariæ, in Sole, in paleis aut stramento conciso, in calce cui aqua pluuialis aspergatur in lagena.

Aquas uirtutū Gualtherus Ryffius in suo Destillationū libro complures cū aqua ardēte composita describit, pauciores uero aromatibus & cæteris speciebus in uino maceratis, quæ tamen præferendæ uidentur ubi uitia leuiora sunt, & corpora sicciora, & minori caliditate indigēt. Sumptu quoq; & tempore minore fiunt. Et licet in his quoq; aquā triplicem colligere, uiribus differentem, ex quibus mediā præcipuè probârim. Nam aqua uitæ purior circa initium destillationis fluit, circa finem aquosior. Ex aromatibus uerò & gummis, prius dilutiores partes ascendunt, calidiores & sicciores sequuntur, quod
uel

uel color magis magisq̄ ad ruffum uer-
gens declarat. Postremo uftilaginē o-
lent, & gustu infuauiiores sunt. Sed ex-
tra corpus efficaciter adhibentur, &c.
Verùm triplex melius colligitur ex aro-
matibus & speciebus siccis tantum, nō
in uino, sed aqua ardenti quę nihil am-
plius phlegmatis habet rectificatis: in
quibus similiter mediam elegerim.

Aquis uirtutū, aliqui etiā femina o-
dorata diuretica admiscent, & fœnicu-
lum, uiolas, petroselinū, saxifragā, thus
mastichen, pomum arantiū: præter aro-
mata & herbas odoratas, saluiā, costū,
rutā, abrotonum, serpillum, lilium con-
uallium: Talis Arnoldo cuidā Parisien-
si adscribitur.

¶ Omnino in aromatum tum specie-
bus, tum numero & pondere uarietas
est. Sunt qui ad diuersa aromata, ut ca-
ryophyl. nucem musc. cinnamū, singu-
semunciā: (quibus alij addunt zedoa-
riæ, galangæ, piperis longi, granorū pa-
radisi, singul. drachmas duas,) saluiæ &

lauendulæ tantum addant, ut coniunctum pondus earum æquet pondus aromatum, &c. Huius aquæ tres aut quatuor guttas uino quod in prandio & cœna bibitur, misceri consulunt: aut mane & uesperi cum modico uino seorsim bibi. Hæc aqua (aiunt) uisum clarificat, cerebrum & ingenij bonitatem confirmat. Paralyfin amolitur. Faciem candidam & nitidam reddit, cutem abstergit: & alia plurima præstat.

Aliqui mense Maio uel Iunio, quum salvia & lauendula in uigore sunt, huius dimidium (uncias sex,) illius duplum accipiunt, & minutatim concidunt. Addunt caryophyl. zinz. nucis muscatæ, macis, granorû paradisi, cinnami. zedoar, galangæ, roris marini, singulorum semunciam, conterunt, uino infusa destillant. Hæc aqua (inquiunt) post tertium annum melior est quam initio. Vires habet easdem omnes, quas supra singulatim circiter uiginti in alia aqua

aqua uirtutum enumerauimus. Descriptionis huius Iudæum quendam autorem faciunt, qui uires has omnes ei attribuat.

Aqua mirabilis & multæ uirtutis. Caryophyllatę, zinzib. rorismarini partes æquales ponantur in generoso uino per octo dies, & postea destillantur ut aqua uitæ. Prodest dolenti pectori, stomacho debili, dolorib. & torsionibus uentris. Vermes in corpore & intestinis interimit. Si quis obesior attenuari cupit, hanc bibat: & si quis macilentus habitum meliorem desiderat, cum saccharo bibat.

Aqua uirtutum. Saluiam, lauendulã, rorismarinum, carui, & aromota diuersa, concisa aut trita in optimo uino in lagenam stâneam infuso macerabis: quã obrues calce uiua per dies xiiij. & calci aquã pluuialem asperges, postea destillabis instar aquæ rosacę. Hac aqua madidum linteũ fronti &incipiti in capitis dolore impones.

Alia bona & nobilis. Saluæ lib. ʒ. ʒ. Nucis myristicæ, zinzib. caryophyllorū, granorum paradisi, cinnamomi ana unciã. s. putrefiant in uino præstantissimo, more solito. Tum species conterãtur & destilletur totum.

Sunt qui præterea addant, florū borraginis, rosarum rubearum, corticis citri, ligni aloes, singulorū unciã semis, & in optimo uino (cuius pondus sextuplex sit ad reliqua) p̄ tredecim dies macerẽtur. deinde uino colato species diligenter conterant in pila lapidea, iterumq̄ admisceant uino, & uel mox destillent, uel adhuc dies aliquot relinquãt. Aliqui etiam in uas recipiens destillantẽ aquam, saluæ recentis, malim aridæ, semunciã ponunt. Facultates eius hæ prædicantur. 1. Carnem omnẽ, pisces & cibaria reliqua, quibus aspergitur, ab omni corruptione integra cū odore saporeq̄ suo conseruat. 2. Omnia uinorū uitia emendat, ut cum turbãtur, pendulã sunt, aut sitũ olẽt, aliterue corrup-

corrumpuntur, si modicū eius uino instilletur. ita saporem & colorē recuperant, alia intra septē dies, alia intra unū, neq; amplius deinde corrumpuntur, neq; medicata sentiuntur. 3. Aromatibus aspersa uim eorū conseruat & odorem. 4. Abscessus interaneos rumpit, & antequā suppurentur per inferiora expurgat. 5. Abscessus extrinsecus similiter si illinatur aperit, & effluere facit, demū sanat. 6. Vitia oculorū curat, ut lippitudines tum fluidas tum siccas, & pustulas & maculas, aut albugines seu pterygia, si modicè cū penna instilletur. 7. Quicquid præter naturam in facie sub oculis excrescit, & lepræ incipientis suspicionem facit, illita hac aqua per pennā sanat. 8. Pota affectus omnes interaneos curat. 9. Item uitia iecoris, splenis, intestinorū, uentriculi. Omnes malos humores ex cruditate in uentriculo natos, tollit. 10. Argentum uiuum ab argento uero separat. 11. Vulnera quæuis si illinatur percurat:

cos supra triginta annos natus uideatur, 21. Omnem lepram incipientem auertit. Hæc ex libro quodam manuscripto Germanicé sine authore.

22. Exhilarat, & iracundiam remittit. Et aduersus pestilentiam commendatur. Attribuuntur autem ab alijs ijdem aut similes effectus etiam alijs aquis uirtutum: aut aquis uitæ potius compositis, quæ destillant ex aromatis & herbis odoratis, &c. in aqua ardente optima maceratis, & feré etiã aquæ ardenti simplici.

Alia aqua uirtutum. Saluiæ nobilis uncia decem, lauendulæ herbæ (aliàs florum) uncia duæ: rutæ, zinzib. caryophyllor. granorum paradisi, nucis musc. singulorum uncia. cinnamomi semuncia. Galangæ, piperis longi, utriusque drachmæ duæ. Spicæ, citrij, castorei, ligni aloes, granorum paradisi, singulorum drachma. Hæc omnia contrita in uase stanneo. cum libra olei laurini, & sesquimensura

uini generosi, per dies noué aut tredecim seruentur: et ter aut quater interim, agitando misceantur, postremò destillentur. Alij non oleum laurinum, sed baccarum lauri unciam addunt, & rutæ tantundé: & macis drachmam. Viresi easdem omnes attribuūt, quas & proximè præcedenti adscripsimus circiter uiginti. Alij eandem aut similem non cum uino, sed cum aqua ardente parant.

Aqua uitæ qualis Constantinopoli fit in aula imperatoris, ut idé liber manuscriptus habet. Caryophyllorum nucis mosch. zinz. Coriandri, galangæ, piperis longi, granorum iuniperi, arantiorum, saluiæ, basilici, rosmarini, amaraci, menthæ, lactucæ, foliorum lauri, pulegij, gentianæ, florum sambuci, rosarum alb, spicæ nardi, ligni aloes, cardamomi, cinnamomi, artemisiæ, singulorum partes æquales. malú Punicum, ficus duas, passulas, amygdala, dactylos, de singulis parú. His tritis admisce
partem

partem mellis & facchari. Omnia in genere uino per quinque dies macerentur, ac destillentur. Est autem optimus qui primus effluit liquor, alter infirmior, tertius infirmissimus. Quod in fundo simile ungento relinquitur, utile est ad multos affectus frigidos. Primus liquor remedio est ad omnes maculas oculorum, ruborem & sanguineum (concretum.) Ventriculū confirmat, animū exhilarat, guttæ medetur, febri, tussi, utero, & tineæ capitis, bonum denique colorem conciliat.

Aquas uitæ aliquot Vlstadius describit, plures quidem cum aqua ardente compositas: cum uino autem ternas, capitibus 46. 49, & 55.

Petrus Andreas Matthæolus Senensis morbum Gallicum sanguineū cholericumque recenter contractum curare docet aqua philosophica, ut ipse uocat (codicis Basileæ olim excusi folio 70.) cōposita (ex diuersis medicamentis, succis, syrups & uino, per octo dies

simul maceratis,) ac destillata in uase uitreo per balneum feruentis aquæ, cui arenæ quantitas sit commixta. Excipit aut duplicem aquam, primam claram, secundam rubentiolem. Deinde ad pituitosum uel melâcholicû morbum Gallicum, aliam compositionem subiungit similiter destillandam. Quòd si efficacius, inquit, in atram bilem remedium desideraueris, tres aut quatuor angues, longos, nigros, excoriatos exenteratosq̃, tum multo sale, temporis aliquo spacio, tû aceto perfricatos, ut unâ colliquescant, addere poteris. nã hoc non solum morbo Gallico, sed lepræ multisq̃ alijs ægritudinibus, quas nunc prætermittendas duximus, maxime confert. Sed compositionem istarû aquarû & usum, apud ipsum authorem leget qui uoluerit. Ipse quidẽ se quosdã decimo potu curasse ait: alios longiori tempore, in quib. grauior erat morbus.

Io. Almenar libri de curandi morbi Gallici ratione capite quarto: Humori
bus,

bus, inquit, euacuatis, procuranda est membrorú alteratio: pro qua intentione, fiat balneú siue stufa cum aqua dulci, in qua bulliant maíua, bismalua, melilotus, chamæmelum, rosæ, lapathum, fumaria, postridie post purgationé. Et quum incipit sudare æger, accipiat infra scriptam aquam. R. radices althææ, fumi terræ, lapathi, inulæ, singulorú se-
librá. minutim incisa pone in quatuor libris uini maluatici per diem & nocté. deinde addatur theriacæ ætatis decem annorú aut amplius sescuncia. destillatæ huius aquæ accipiantur uncia tres cum uncijs duabus aquæ buglossæ in principio, ut dictum est. Et ista stufa reiteretur omnibus sex diebus transactis aut septem, bibendo istam aquam, quæ est optima & singularis, & in hoc morbo magnum secretum, & ultimum est cauterium.

Aqua ad asthma certi remedij. Calaminthæ, hyssopi, adiáti, marrubij, scabiosæ, tusilaginis, singul. manipulus.

Aristolochiæ rotundæ uncia. Ireos fescuncia. Sem. urticæ tantundem. Radicum fœniculi, petroselini, utrarūq; uncia duæ. Lilij cœlestis uncia tres. Inulæ campanæ selibra. Sem. sinapis, nasturtij, utriusq; fescuncia. Costi drachmæ quinq;. Spicæ drachmas decem. Baccharum lauri uncia quatuor. Nigellæ fescuncia. Omnia tenuiter trita per dies sex relinquuntur in uini albi sex mensuris infusa, deinde lento igne destillant. Propinabis mane uncias ternas, Epiphanius Empiricus.

Aqua ad renum & uesicæ calculos. Asparagi, rusci, apij, fœniculi, petroselini, rubiæ, sing. semuncia. Seminū quinque diureticorum, ligustici, lithospermi, ammeos, raphani, fœselis Mafsiliensis, dauci, saxifragiæ, sing. drachmæ tres. Adianthi, matricariæ, ceterach, scolopendrij, trifolij, graminis, senecionis (cardaminam intelligo) hepaticæ, sem. peucedani, singul. manipulus. Iridis semuncia. Xylobalsami drachmæ sex.
Glycy-

Glycyrrhizæ uncie duæ. Quatuor feminum cõmunium frigidorum maiorum mundatorũ, sing. femuncia. hederę terrestris, pimpinellæ sing. manipulus j. f. Nucleorum cerasorũ uncia. Spicæ nar di drachmæ tres. Gummi hederæ drachmæ sex. Hircini san. præparati uncia. Cinnamomi tantundem. Trita infusa uini albi libris denis, aut q. f. destillato. Similis aqua & ad eundẽ usum describitur à Rogerio tractatu 4. ca. 6. sed cum aceto destillata, non cum uino.

Aqua ad calculum Epiphaniij empirici. Hyperici, chamædryos, chamæpityos, senecionis, (non erigerontem, sed sisymbrium cardaminẽ intelligit.) graminis quinç folij, scolopendrij, helxines, uerbenæ, eupatorij, pulegij, rutę, sing. manipulus. Quinç radicũ diureticarum, acori, inulæ, rubeæ, afari, tamari cis, singulorum drachmæ tres. Quinç feminum diureticorũ, saxifragię, lithospermi, dauci, raphani, petroselini Macedonici, ammeos, marathri, cari, liby-

stici, sing. drachmæ duæ. Nucleorum persicorum drachma semis. Quatuor seminũ comunium frigidorũ maiorum mundatorum, de singulis sesquidrach. Glycyrrhizæ unciæ duæ. Baccarũ iuniperi semuncia. Trita hæc biduo in libris quinq; vini relinques infusa, tum destillabis igne lento. Propina post balneum, uel mane in aurora tepidam, à semuncia usq; ad uncias duas.

*AQVAE COMPOSITAE NON
nulla cum aceto destillata.*

DE ipso aceto destillato uide supra ubi de aquis in Balneo Mariæ destillatis egimus.

Aqua uesicæ calculum cõminuens, Epiphaniij empiricij. Succij saxifragiæ libræ duæ. Succij milij Solis, petroselini, anisi, singulorum selibra. Aceti albi unciæ octo. Inde destillatam aquam ieiuno propinabis.

Aqua hirundinum sic fit. Hirundines

dines iuuenes tritas in puluerem misce cum castoreo & pauco bono aceto, & destilla. Hæc aqua à ieiuno pota est uera medicina morbi caduci de quacū que causa prouenientis. Et quāuis homo passus fuerit illū morbum per quinque annos, curabitur, si huius aquæ parum sumpserit per quatuor dies: & curabitur perfectè. Phrenîtin quoque à ieiuno pota curat intra nouem dies. Cerebrum bonum facit supra omnes medicinas: purgat stomachum, pectus mollificat, neruos confortat, radices paralysis eradicat, augmentat naturam, & refrigeratos calefacit. Item cum hyssopo cocta (cum hyssopi decocto malim) & pota, hydropem ex frigiditate natum curat, & febres quotidianas. Sed abstinebunt ea grauidæ, ne foetus in utero corrumpatur. Cum hyssopo pota capitis dolorem arcet: somnum facilem præstat, & cōcoctionem & urinę (aliàs alui) excretionem pmo-uet. Pilos remouet, ubicunq; cuti puræ

illinitur, ita ut nunquam renascantur,
Lullius & Aegidius.

Aqua Rogerij (tractatu 4. ca. 6.) ad
uersus obstructions hepatis, lienis &
matricis ex frigida causa. frangit etiam
lapides renū & uesicæ. Potest autem bi
bi per se, uel cum saccharo. R. radicū
rusci, asparagi, dianthos, scolopendrię,
ceterach, polytrichi, † pentilidion, he
paticæ, pulmonariæ, graminis, senecio
nis, tretani † simplicis, centaurij, psyllij:
feminum citrulli, melonum, cucurbi
tæ, cucumeris, rusci, asparagi, apij, pe
trofelini Maced. fœniculi, leuistici, am
meos, sileris montani, dauci, saxifragię,
milij Solis, xylobalsami, peucedani uel
ireos, hederæ arboreę & terrestres, gum
mi hederæ, nucleorum cerasorum, can
tharidum uel cariarborū, lapidis spon
gię, † plumbū, sanguinis hirci, aceti al
bi, (cardui) fullonis se. minoris (feminū
minorum forte) cinnamomi, spicæ nar
di, feminis † acori usti, urticæ, trifolij,
tribuli marini & campestris, uniuscu
iusq;

iuscq; quantum libuerit. Ponantur hæc in amphora magna amplū habente fundum & strictum os, quod cooperiatur superius cum argilla. Item iuxta orificium fiat foramē, ubi ponatur caput emboti. item ligentur. & tunc sub amphora prima fiat ignis lentus, ita ne materia ebulliens attingere possit caput emboti. Sic uapor per embotū ad aliā ollam transiens in superiori condensabitur, & in liquorē ualde clarum & subtilem uertetur, qui in inferiore olla recipitur, Hęc Rogerius. Quæ à librarijs corrupta iudicauī, hoc signo † notare uolui.

CAPONVM AQVAE.

CAponum aquæ, ut uocant, propinantur ad uires restaurandas, ualde debilitatis morbo aut nimia euacuatione, puerperis & senibus ægrotantibus. Solent autem caponem ipsum in aqua diutissimè coquere, ut caro oīs

ab ofsibus foluatur:& fic unà cum iure deſtillare, uel per ſe, uel adiectis alijs aquis pretioſis, aromatibus, auro, argento, gemmis. Caponem aliqui eò magis commendant, quò fuerit annoſior: nec iugulant, ſed ſuffocant: nec in aqua bulliendo deplumant, ſed plumas manibus extrahunt, & fic exenteratum minutatimq; concifum deſtillant. Alij non integrum, ſed pulpam adimunt.

Aqua capi analeptica, & ſubadſtringens. Caponem coques in aqua ſecundum artem, & addes aquæ rofaceæ librâ, conſeruæ roſarum, borraginis, bugloſſiana unciam. Corallij utriuſq; anadrach. duas. Specierum diarhodó abb. drachmâ. Paſſularum ſine nucleis unciam. Coriandri præp. ſemunciam. Fragmenta omnium (gemmarum,) margaritarum, ana unciam j. ſ. Deſtillentur.

Alia. Capus decoquatur cum libra bubulæ ad ſufficientē decoctionē: cui addes, uini maluatici, aquæ roſarum, utriuſq; ſelibram: panis albi, ut imbibaſ,
 uncias

uncias tres. Contundes hæc sine carne bubula, & addes species illas quæ sequuntur: Specierú electu. de gemmis, diarhodon abbatis, diamoschu dulcis sing. drachmá. Diamargariton, specierum cófectionis cótra pestem, utriusq; scrup. duos. Folia auri puri octo. Misce antur omnia cú iure, & destillentur lento igne.

Sunt qui hanc aquam parent cum croco & cinnamomo, &c. pro puerperis, quæ & debiles sunt, & uteri fluxio eis non procedit. Propinatur aut uel perse, uel cum saccharo.

Aliqui etiá sine destillatione húc in modú parant: Capú uetustissimú exenteratú & rite paratum diutissimè decoquút: pulpá deinde & ossa cóminuunt, & in uase stáneo & uitreo, bene obturato, & in cacabú aqua plenú bulliente imposito, circiter sex horas coquút. Sunt qui aurum adijciant, ut annulos aut numos aureos.

Aqua quædam cum capone gallóue

aut gallina, decoctis simul uarijs medicamentis confortantibus, describitur apud Guaineriũ in capite de cura hecti cæ: non destillanda, sed coquenda tantum in uase uitreo, imposito in cacca- bo pleno aqua.

*AQVÆ COMPOSITÆ, AD
varios affectus, intra corpus præcipuè, qua-
rum quedam ex recentibus adhuc pharmacis
& succulentis fiunt: aliæ verò infusæ in
plantarum succis aut aquis destil-
latis, sero lactis, aut
sanguine.*

Aqua somnifera. Hyoscyami un-
ciæ duæ. Radicum mandragoræ
uncia. Opij drachmæ sex. Gith, succi-
ni, utriusq; drach. duæ. Sedi maioris &
minoris, nymphæ, lactuce, singul. ma-
nipulus. Trita infundantur in libras du-
as aquæ papaueris, cum uncia j. s. semi-
nis lolij. per biduum destillentur.

Alia somnifera. R. sem. lolij libram.
Sem.

Sem. hyofcyami felibræ. Sem. portulacæ libras duas. Sem. uel rad. mandragoræ uncias tres. halicaccabi tantundem. Singillatim tritis affundes, succi fabæ inuersæ, succi rad. uel foliorû hyofcyami, utriusq; librâ. Succi foliorû papau. nigri, aut si id deest, rubei, libram s. Destillati huius liquoris exhibe unciâ. uehemens est.

Aqua petralis dicta, tertia Aegidij, & petra seu calculum comminuat. Seminis pimpinellæ, petroselini, apij, ari, (aliâs caryophylli, sinapis, aro & lappa omisiss. item apij, nimirum herbæ & radicis: nam semen prius nominatur) lappæ, mastiches, singulorum partes æquales. Bene trita misceantur cum sanguine lyncis (aliâs hirci, & melius) & poco aceto affuso relinquuntur per dies aliquot in uase bene occluso: tum destillentur. Vtilis est calculosis, qualiscunq; fuerit calculus, rubeus, albus, acutus, planus. quod si calculus fuerit confirmatus, patiens de hac aqua bibat

quotidie. sic enim cōminuetur, & redi-
getur in arenam. Hac aqua si semel quo-
tidie lauentur capita scabiosa, curan-
tur, & noui capilli renascuntur, & sca-
bies intra nouem dies curabitur. (aliàs
& quæuis scabies indelota curatur in-
tra tres uel quatuor dies.) A ieiuno
pota, sanguinis & coloris bonitatem
facit (supra omnem medicinam) mi-
rificè, neruos roborat, & morbum ca-
ducum tollit bis die pota. (Aliàs ad-
ditur, Paralyfin exterminat, si non sit
morta in membris, Aegidius & Lul-
lus.

Aqua experta in ulceribus renum et
uesicæ per cardinalem Tutellensem.
Caudæ equinæ, plantaginis, rosarum
rub. granorum halicaccabi, radicú al-
thææ, glycyrrhizæ rasæ, singulorú uncia.
Iuiubarum, sebesten, utrorunq; drach-
mæ sex. Boli armeni semúcia. Quatuor
feminum cōmunium frig. maiorú mun-
datorum, sing. drachmæ tres. Sem. pa-
paueris albi drachmæ sex. Cytoniorum
semun-

semuncia. Seri caprini libri sex. Relinquantur per duos dies in infusione, postea destillentur. Propinabis ieiuno uncias quatuor tepidas, quandiu durauerit, Epiphanius empiricus.

Aqua alia composita, secunda inter Aegidij aquas: legitur etiã in libro Lulij de aquis. Ruta, fatyrion cum manib. & testiculis, chelidonia, (aliãs, Ruta, agrimonia, fatyrion, chelid.) saccharum (aliãs tutia) & lapis calaminaris, æquali singula pondere contrita destillentur igne lento. Hęc aqua multis uiribus pollet. Nullus oculorum dolor tam improbus est, qui non huic remedio cedat. Pota uenenum omne pellit, aut cum cibo sumpta. sic enim uenenum uomitu reddit. Hydropicis medetur, stomachũ ab omnib. prauis humoribus expurgat. Ignẽ sacrũ uno die extinguit, si stuppa cannabis in ea intincta superponatur. Valet etiam in igne nigræ dispositiõis exteri⁹ candidũ, (uel ut Germanic⁹ quidã liber habet, cõtra

internum calorem ignis. nam si rube-
do foris appareat, nullo modo empla-
strum imponi conueniet.) Cácrum cu-
rat admixta aloë, & stuppa cannabis in
eam intincta emplastrum modo imposita,
bis in die.

Aqua composita, prima inter Aegi-
dij aquas. Hyssopi, pulegij, caryophyl-
latæ, cichorij, singulorum drachma,
Contrita destillentur. Postea accipe tu-
tiæ, petroselini Alexandrini, rutæ, zedo-
ariæ, aloës & lapidis calaminaris, singu-
lorum drachmam. Contrita decoques
in prædicta aqua ad consumptionem
tertiæ partis, & liquorem panno cola-
tum seruabis in uase uitreo diligenter
obstructo per dies nouem (aliàs qua-
draginta.) Postea detur in potu quoti-
die mane ante diem (aliàs per decem di-
es) ægro ieiuno. Prodest autem contra
morbum caducum, si sex horis postea
qui sumpsit ieiunare pergat. Et sanè ef-
ficacissimum est remedium. Omnem
neruorum resolutionem sanat, & mem-
bra

bra corroborat. Cum castoreo pota ualet contra omnem guttam, quæ nondû radices egit in membris. Nouem continuis diebus à ieiuno pota fugat omnem febrim ex quacunq; materia prouenientem, (si per nouem dies quotidie mane bibatur. Est etiam utilissîma hæc aqua ad abluendum uulnera in quibus nerui dissecti sunt.)

Alia Aegidij, numero nona, aliqui duplicem uocant. Seminis apij, sem. papaueris albi, apij, zinzib. (aliàs, Sem. apij, papaueris albi, sacchari, caryoph.) singulorum æquale pondus. Tritis in mortario adde aquã cõseruatiuã (hoc est ex petroselino destillatam) & destilla. Hoc summum est tussis remedium, & malè affecti pectoris, si quis ieiunus eam frigidam biberit, & uesperis quàm poterit calidissimam. Cû castoreo calida pota ualet cõtra apoplexiã & membra paralytica sanat, modo paralysis nõ sit mortua in membris. Somnum & quietem facilè conciliat: mēbra omnia

Q

exhilarat, prauos humores pellit, & caput ac cerebrum confirmat.

Alia inter Aegidij aquas numero sexta. Gladioli, hyssopi, fauinæ, abrotini, (aliàs seminis abrotini, omiſſa fauina, non placet,) ſingulorum æquas partes, ſimul tere, & per dies aliquot relinque, tum deſtilla. Hæc aqua perquam efficax eſt. Reſiſtit omnibus febris tum calidis tum frigidis. Menſes pro-uocat, ſi modo ter bibatur, ſed noxia foret prægnanti, & foetum perderet. Reſtringit fluxum ſanguinis & uentris (ego ſanguinem ab ea undecunq; cieri potius quàm ſiſti dixerim: alius codex, nihil quàm uentris fluxum ab ea ſiſti, habet.) & ſtomachum purgat à malis humoribus. Vermes interimit à ieiuno pota; & omnem dolorem curat: cum caſtoreo paralyſim ſanat, (ſi quotidie quàm calidiſſima bibatur,) intra tres dies. Eandem deſcriptionem reperiò in libello Lullij de aquis.

Aqua

AQUA CONTRA PESTEM,

Et c. ex sanguine Maialis, idest verris castrati, ex libro quodam Germanico manuscripto.

MAialem undiquaq; ruffum & boni habitus iugulato. sanguinem olla recens exceptum, bacillo de iunipero rubra diu agitato, & agitando collectum sanguinis grumum abijcito. Tum ramenta eiusdem iuniperi immittes, & baccas de iunipero rubra similiter circiter uiginti quinque. His adde parum agrimonie, rutae, phu, scabiosae, ueronicae uulgò sic dictae, pimpinellae, cichorij, pulegij, singul. manipulum. Quòd si sanguinis mensura sextarios tres excefferit, adijcies theriacę uncias duas, sin minor fuerit, pro portione sanguinis theriacę modum minues. Debent autem omnia præparata in promptu esse, ut sanguini adhuc calenti imponantur. Permixtis omnibus liquorem stillatitium elicito, què

diligenter seruatum in uitreo uase dies octo insolabis, quod semel quotannis facies. durat enim circiter uiginti annos. Hunc liquorem experientia constat egregiè prodesse aduersus pestem, apostemata capitis & laterú seu costarú, iccoris & pulmonis morbos, lienis inflationé, sanguiné corruptú, febrim, tumores, cordis tremoré, hydropem, calores præternaturam, malos humores, & imprimis aduersus uenena & pestilentem febrim. Bibet auté æger quocunq; ex prædictis morbis correptus, ligulæ mensurá, uel quatuor aut quinque guttas, & ut insuper fudet curabit.

DE PURGANTIBVS MEDICAMENTIS COMPOSITIS DESTILLATIS.

A Quæ compositæ dicendæ sunt etiam illæ quæ ex medicamentis compositis, in uino, aqua ardente, alióue liquore maceratis, destillantur. Aromaticæ quædam compositiones, ad
cordis

cordis & spirituum vires instaurandas, aquis caponum parandis per destillationem, ut supra dixi, miscentur: item aquis ardentibus, seu potius quintę essentię vini aduersus pestem & uenena, ut supra docuimus. Sed & purgantia medicamenta, electuaria præcipuè, in quibus dacrydium & alia uehementia & stomacho inimica recipiuntur, liquoribus admixta, præcipuè cum aqua ardente rectificata, aut cum uino, (fortassis etiã cum uino & lacte, aut lacte seroue seorsim, in calidioribus naturis & morbis, rectè fieret,) & aliquandiu in infusione relicta, artificiosè destillantur, ut propinentur ijs qui uel delicati sunt & diuites, uel nimium uiribus exhausti, aut stomacho ad reliqua pharmaca abhorrente. Quod & Lullius uehementer laudat, & empirici quidam nobis cogniti cum gloria usurparunt. Noui ego quendam qui electuariũ hamech & quod de succo rosarũ cognominatur, præcipuè destillabat: & exce-

ptum liquorem per se propinabat imbecillioribus, robustioribus uerò electuarij aliquid miscebat, ita se sine omni molestia ægros purgare inquit.

¶ Cum alleboro aqua fit quæ iuuentutem instaurat. talem apud patrem meum uidi. Sed huiusmodi aquæ diuexant corpora, & fucatam iuuentutis imaginem præstant, Cardanus,

AURVM POTABILE.

DE auro potabili, qui uolet, legere poterit multa in libro Philippi Vlstadij, quem Cœlum philosophorum inscribit, & in libro Lulij de quinta essentia. Inesse quidē uim auro, quæ ab eo ignito extinctoq; in aqua, emanet, argumento est, quod aqua in qua extincta fuerit massa ferri, uel auri, uel argenti, aduersus aconitum uenenum commendatur à Nicandro. uidetur enim de aqua intelligendum, in qua hæc metalla extingui debeant, cum nullum
alium

alium liquorem nominet. Ferrum, inquit, ignitū, extinguas, aut ferri scoriā, aut aurum ignitum aut argentū, in turbida potione intingas. Vbi interpres, Ferrum (inquit) in aqua extingue, & bibe. Et paulo post, Scoriam ferri in melle extingue & bibe apobamma, sic uocans liquorem in quo aliquid extinctū est. Dioscorides in uino extingui iubet, (ut & Auicenna habet & Aegineta, nec non Aetius: qui & molarem lapidem ita extinctum conferre addit, & uinū bibendū esse calidū:) his uerbis, Et ferri scoria, aut ferrum ipsum, aut aurum, aut argentum candens uino extinctum, si is liquor bibatur. Et sanè uinū plus uirium auri candentis quàm aqua recipere posse uideť. Aquā cū aliquando gustarē, in qua sæpius extinctū erat aurum, nullā in eo qualitatem odoris saporisue mutati deprehendere potui. Rursus aquā ardentē, præsertim ad quantā essentiā redactā, amplius uino uiriū auri attrahere credibile est: magisq; si

aurum in tenuissimas diductum laminas fuerit, maximè uerò si in calcem reductum. Sed hæc omnia superabit, quod ex auro redditum fuerit oleum. Simpliciter uerò decocti auri, ut in iure caponis, uim planè nullã esse, nisi quid ipsa persuasio potest, crediderim cum plerisque omnibus eruditis. De auri facultatibus uide Auicennã lib. 2. cap. 78. Sed quoniam purissimum ad remedia deligendum est, adscribam hîc Plinij uerba ex libro 33. circa finem capitis 4. de auri purgatione. Torretur aurum cum salis grumo pondere triplici misso: & rursum cum duabus salis portionibus, & una lapidis quem schiston uocant: ita uires tradit rebus unã crematis in fictili uase, ipsum purum & incorruptum. Ego Plinium hoc loco non rectè schistum lapidè pro schisto alumine accepisse conijcio. nam & alibi (libro 35. ca. 15.) aurum alumine nigro purgari ipse scribit. Excellit autem inter aluminis genera quod schistum uocatur. Quin
&

& ratio á uiribus sumpta magis pro alumine facit. nam & sale per se purgari dicit aurum, & schisto addito. atqui alumen ad salis effectus, magis quàm lapis schistos accedit, cui ueteres nullam aliam uim tribuunt nisi quam cum hæmatite (cui congèner est) communem habet, nempe sanguinis sistendi. Alumen uerò ad purgationem metallorú. etiam in aqua forti, ut uocant, assumitur. Excusari tamen Plinius potest, quòd lapidis nomen communius apud eum sit. nã & argentum uiuum & metallica multa lapides nominat. quare etiã alumen schiston, lapidem schiston appellare potuit. Non debuit tamen hoc facere propter differentiã illius qui propriè lapis schistus uocatur. Eodem in loco Plinij, post uerba iã recitata, mox subijcitur. Reliquus cinis (salis scilicet quo cū unà cremato purgatum est aurum: uel duarum salis partium, schisti uero uni⁹) seruatus in fictili, & ex aqua illitus, lichenas in facie sanat: lomento

eum conuenit abluī. fistulas etiam fa-
 nat, & quæ uocantur hæmorrhoides.
 Quòd si trito spuma adijciatur, putria
 ulcera & tetri odoris emendat. Ex mel-
 le uerò decoctum cum melanthio, &
 illitum umbilico, leuiter soluit aluum.
 Verrucas curari eo M. Varro author
 est. Hic in prioribus uerbis, cinis ser-
 uatus & illitus, nemo dubitare potest
 quin de cinere loquatur. sequentia ue-
 ró, decoctum & illitum, ad aurum ip-
 sum uidentur pertinere. Sed meo qui-
 dem iudicio legēdum fuerit decoctus
 & illitus, idem nimirum cinis, ut & ser-
 monis consequentia et ipsa remediorū
 ratio postulat. Nam & falsus usus apud
 medicos (Dioscoridem & alios) est ad
 lichenas siue impetigines, ad excre-
 scētias omnes, erysipelata & herpes:
 & cum melle tosti ad phagedænas, &c.
 Puerorum uerrucas nostri sale & fuli-
 gine perfricant. Et alumen apud Plini-
 um putrescētia ulcera comescit cum
 adipe: phagedænas ulcerum ex aceto,
 aut

aut cum galla pari pondere cremata: cum salis duabus partib. (qua proportione etiã ad auri purgationem miscet) uitia quæ serpunt: Porrò spumæ nomine Plinius halofachnem intelligit ut etiam 31.7. In húc locú nihil obseruatú inuenio ab Hermolao aut Gelenio. ¶ Cæterum ut alumine aurum purgatur, sic etiã misy, teste similiter Plinio 34. 12. & alia ratione cum argento uiuo, uide Plinium 33.6. Vt purgetur, cú plumbo coquitur, Idem 33.3. Alium eiusdem purgandi modú Cardanus libro 6. de subtilitate describit.

Aurum potabile. Recipe mel & fauos de examine apum nouellarum: cui miscebis ambrã griseam, sperma ceti, agallochú, piper lógum, caryophyllos, nucé moschatã, sandalos & aurú purú. Hæc in fimo equino per dies triginta relinques. Postea destillabis per alembicum in Balneo. deinde materiã relictam conteres (læuigando super lapide nimirum,) et aquam destillatã denuò ei

superinfundes, & iterum destillabis in cineribus. Hęc aqua aurũ soluit. Quòd si aurum potabile induratur, accipies de eo magnitudine pisi, & impones in ouum coctum durũ, cui uitellum ademeris. ita soluetur. hoc ægro propinabis. corroborat enim per se, Innominatus.

Chymistæ ex auro solido liquorem faciunt, qui potus, ut aiunt, corpus lætificateat, Ge. Agricola.

Sapientibus placet, quòd edere cibos paratos in uasis aureis, uel quorum decoctioni adiunctæ fuerunt laminæ auri: & bibere uinũ in quo laminæ uel monetæ aureæ extinctæ fuerint multo ties, bonam habitudinem cordi conciliat et imprimit ualidè, Arnoldus de cõseruanda iuuentute.

In quinta essentia uini aurum, argentum, margaritæ, & lapides pretiosi aliisque metalla dissolui possunt, ad faciendum aurum potabile. Sed hęc auri resolutio ad chymistas potius quàm medicos

dicos pertinet. Phil. Vlstadius cap. nono & deinceps: ubi plura de auro potabili legent qui uolent.

Vinum in quo lamina auri quadragiesies aut quinquagesies extincta fuerit, apud quosdam loco auri potabilis habetur, Arnoldus de Villa noua.

Idem in libro de uino: Vinum extinctionis auri (inquit) habet proprietatē magnam in multis conditionib. fit autem extincta lamina auri in bono uino quatuor aut quinque uicibus. dimittatur clarescere, & diligenter colatū seruetur. habet enim uirtutem confortandi cor, & desiccatur superfluitates omnium aliarum fæcum à sanguine: & substantiam cordis & spiritus sua claritate illuminare potest, sua soliditate confortare: & suo temperamento temperare & præseruare, sanguinem purgare, & sua grauitate superfluitates ad partes expulsionum inclinare, & iuentutem conseruare. Virtutes partium principalium in suis actionibus conseruat, &

temperie soluit urinam denegatam. san-
 nat epilepticos & insensatos, & con-
 fert leprosis. Multi hoc tempore uiri di-
 uites & principes, partes aliquas auri
 cum ferculis eorum coqui iubent, alij
 utuntur in panellis cum electuarijs, alij
 in limatura. nam in confectione diaca-
 meron additur tum auri tum argenti li-
 matura. Sunt qui frustum auri in ore te-
 nere & saliuam deglutire soleant. Con-
 stat autem quòd argentum ore reten-
 tum extinguit sitim: & corallium con-
 fortat stomachum, tum retentum ore
 tum collo suspensum, ita quòd pende-
 at uersus stomachum. sic enim eius con-
 turbationem prohiberi expertus sum.
 Alij conuertunt aurum in aquã potabi-
 lem, qui modus sine dubio optimus est.
 Et alij quidem aliter eo utuntur pro di-
 uersis hominũ cõditionibus & tempe-
 ramētis. Est sanè aurũ res arcana, perfe-
 ctissima, temperamento equali & mira-
 bili pportione elementariũ uirtutũ cõ-
 posita, cui nullũ corpus mixtũ cõpara-
 ripo

ri potest. Vulnus cum eo factum nõ inflammatur, in electuarijs confortat uisum, & synceram reddit supra omnia substantiã cordis & principium uitę, leprã palliat & refręnat. Sed hæ uirtutes auro uero & naturali, non chymistico attribui debent.

Elixir uitę, quod nuper amicus quidam nobis cõmunicauit per literas his uerbis. Huius remedij descriptio Roma ad me missa est, quod an tantũ possit quantum pollicetur nondum expertus sum. Extingue aurum ter uel quater in uino, uel sæpius pro quãtitate uini. Deinde destillabis in Balneo Marię quater, & utęris in uarijs morbis tam calidis quàm frigidis, addendo calida uel frigida remedia, & interdum aliquid bonę theriacę, prout morbus postulauerit.

Spiritum siue quintam essentiam auri, quidam ad uicia iecoris sananda extollunt.

*AQUAE ALIQVOT COM-
posita oculorum affectus.*

Aqua mirabilis ad uisum conser-
uandum, et contra maculam ocu-
lorum. Rutæ foliorum, mentę, rosarum
rub. saluiæ, capillorum Veneris, (alij
mentam & saluiam omittunt, & pro ijs
addunt, fœniculum, uerbenam, eufragi-
am, betonicam, siler montanum, & en-
diuiam,) singulorum manipuli sex. Po-
nantur in uino albo per diem naturalē.
deinde destillentur per alembicū. Quæ
primò effluxerit aqua, argento compa-
ratur, secunda auro: tertia balsamo, &
hæc in uitro diligentissimè seruari de-
bet, Lullius.

Aqua ad omnes curabiles oculorū
affectus, ex Aegidio & Lullio, descri-
pta est à nobis superius inter aquas cō-
positas ad uarios affectus internos.

Aqua composita ad oculos. Per
initium Maij collige chelidonium, uer-
benam, rutam, fœniculum. teres singu-
latim,

latim, & de succo singularum uncias ternas accipies, miscebis. addes parum de pampinis, (ut Galli uocāt, pampes) rosarum, tres uncias sacchari candi, tutiæ optimæ uncias quatuor, & tantundem sanguinis draconis. Omnia trita miscebis & destillabis in alembico uitreo. Liquorem qui extillauerit, per duos aut tres dies in recipiēte clauso relinques, deinde utêris. Efficax est ad oculos malè affectos, rubentes & cataractam siue suffusionem.

Aqua uitis unà cum melle per ignem sublimata, oculorū lippitudines maxime curat, Monachi in Mesuen. Est autem aqua uitis, inquiunt, quæ tempore ueris cum putantur uites, ex locis incis, per aliquot dies clarissima destillat. Hæc aqua etiam non destillata, punctiões & calorem oculorum remouet, & uisum ex calida causa impeditū clarificat, si in utroque angulo oculi gutta una ponatur, Rogerius.

Aqua uel oleū de sponsa solis uisum

R

acuit, & quemuis oculorum affectum intra quinque dies curat, & cæt. uide infra in cosmeticis aquis, inter eas quæ ad capillos tingendos faciunt. Aqua pro oculis æstate, ad præseruationem uisus, descripta à Io. Manardo in epistolis 6.4. Rosarum partes tres: herbæ fœniculi, rutæ, ana partem unam: incidantur, & simul bene commisceantur, & post tres dies destilletur aqua, uel cum solo uapore aquæ bullientis, uel in Sole, uel ad balneum Mariæ uocatū, ita ut in recipiente aquā uase pugillus earundem herbarum (melius si aridæ fuerint, nostro iudicio) imponat, ut super eas stillæ cadant, & rostrum superioris uasis cum inferiore illo studiose committatur, & circumlinatur, ut uapores exire non possint.

Aquæ ophthalmicæ quædam
ex Rogerio.

Repleto uase destillatorio folijs agrimonix, uerbenæ, fœniculi, rutæ, memithæ,

thæ, & leuistici incisus, superaspere aliquantulum uini albi & clari, & uasis lutatis destilla. Hic liquor tumorē palpebrarum ex frig. causa reprimat, lippitudinē desiccet, lachrymas intercipit, uisum clarificat, maculas frāgit. Quòd si efficaciorē uolueris pro maculis frangendis, adde folia gallitrici, & morsus gallinæ (anagallidis) cui flores rubent.

Potest etiam è fœniculo elici aqua ad easdem causas. Nam ex radicibus & folijs fœniculi in aqua decoctis, liquor collect⁹ in pelui, supra aquā illā adhuc bullientem posita, in phiala seruat, & quotidie mane & uesperis gutta una in angulo oculi ponitur ad prædictas causas, communi experimento.

Vt maculam frangas, myrrham & aloen trita cum prædictis aquis misce: & colati liquoris guttam mane & sero in utroq; angulo oculi pone.

Aqua de floribus spinæ albæ & salicis destillata, punctiones, calores & rubores oculorum remouet, lachrymas

de calida causa intercipit, & maculas de eadem causa frangit.

Aqua de folijs (& floribus) euphragiæ, lachrymas de frig. causa intercipit, palpebras de eadē causa tumidas extenuat, maculas ex eadem causa frangit, & uisum impeditum restituit. (Ego euphragiam non calfacere, sed temperatā esse, uel modice refrigerare gradu primo, siccare autem secundo dixerim.)

Aqua egregia ad uisus debilitatem à Gordonio descripta. R. Chelidoniæ, foeniculi, rutæ, sileris mon. eufragiæ, uerbenæ, rosarum rub. electarum ana lib. f. caryophyllorum, piperis longi ana unc. duas. Conquassata in alembico uitreo igne lento destilla, & quotidie impone in oculis.

Alia eiusdem ad fistulas, quibus eam mederi certum est. Vini albi optimi destillati eodem uase, quo aqua uitæ, lib. 2. aquæ roris marini, saluiæ, sing. lib. 5. sacchari lib. 2. Simul denuo destillatis adijcito saluiæ, florū roris marini, sing. unciam.

unciam. Macerata diebus octo, colabis, utêris.

Aqua ad cancrum in quacunq; parte corporis. Herba cancri quæ etiam pes columbinus uocatur, flores cotoneorum, flores cerifolij, frondes aut folia rubi Idæi (quem Galli framboſiam uocant,) & pauca roſæ albæ, mel, & uinum album, & alumé quod Galli à glacie nominant: Hæc omnia ſimul deſtillentur, Andreas Furnerius.

Aqua ex talpa, &c. ad omnem guttam, noli me tangere, capitis ſcabiem, guttam rofaceam & lupum: Vide infra inter coſmeticas ubi aquæ ad tingendos capillos inuentæ recenſentur. In coſmeticis etiam referemus aquas illas qua tubercula & ulcuſcula in facie ſanantur.

DE AQVIS ODORIS.

Aquæ nonnullæ ſolius ferè odoris gratia ſunt, ut manibus, faciei

& capitis barbæq; pilis aspergantur: item linteis, sudariolis, & uestimentis, cum alijs, tum lectorum, quibus non solum aspersione, sed etiam uapore suo feruida, odoris suauitatem communicat. Rosacea etiam ad ciborum condimenta uenit, sola puto in hoc genere. nam & ad intinctus assumitur, & infunditur a sis carnibus adhuc calidis, &c. Cæterum ex odoratis aquis aliæ simpliciores sunt, aliæ ex pluribus compositæ. Vtrisque aquæ uirtutum, aureas nostri uocant, adnumerari possunt. nam & harum alię simpliciores sunt, aliæ cõpositæ. Sed aquæ aureæ pleræq; omnes etiam intra corpus sumuntur, & omnes in uino aut aqua ardente herbis aut aromatibus infusis fiunt. Odoratæ nobis simplicitet dictæ aliter, ut ex subiectis exemplis patebit. Rursus odoratæ uel totæ destillantur, uel post destillationem etiam odorata quædam pretiosa eis adduntur. Quædam sine destillatione fiunt.

Ircos

Ireos puluis aquæ calidæ mixtus, odoratam reddit, & barbitonforibus in usu est. Lauendulæ & multò magis spicæ uulgò dictæ flores, tum recentes, tum aridi, in aquam, aut uinum, aut aquam ardentem uase bene obturato insolatoq̄ inijciuntur, ut odore suo imbuant. Sed recentes & adhuc humidi, uinum ferè in acetum conuertunt: ficci non item. Odoratio autem fiet liquor, si flores in uase uitreo clauso, in Sole siccentur: & postea uinum album affundatur.

Quòd si quis odoratam aquam ex tempore desideret, unam aut alteram guttam olei de spica aquæ puræ satis copiosæ affundat, & simul in uitreo uase oris angusti agitet. Hæc omnia quanquam sine destillatione fiunt: eadem tamen ritè destillata, præsertim alijs quibusdam admixtis, siue pretiosis, ut moscho, ambra, ziuetta, caphura, agallocho, siue medio-

cribus, ut assa dulci, styrace, & stacte,) myrrha, aromatibus quibusuis, præcipuè caryophyllis: aut etiam uilibus, ut rosis, corticibus aut floribus, aut folijs citrij, limonis, arentij, folijs lauri, herbis communibus odoratis, rosmarino, amaraco, ozimo, &c. multo suauiora fient. Crocus quidem nimis uehemens est, & caput replet.

Aqua rosarum cum moscho, cum croco, cum caryophyllis, cum caphura, &c. ex Bulcasi.

Cum moscho. In aquæ rosacæ libris duabus pones moschi boni contriti aureum, in uentre destillationis uitreo. Et destillabis paulatim, & repones in uase uitreo diligenter occluso. Aqua est mirè odorifera, & regibus cõueniens, ut panni eorum inde aspergantur.

Cum croco. Croci boni semunciã in libris duab. aquæ rosacæ infundes

des (p̄ spaciū diei,) & destillabis. Vtilis est hæc aqua ut misceatur medicamentis: item ad odorem & ornatum.

Cum caryophyllis. Caryophyllum (contritorum) semunciam in fescui libra aquæ rosaceæ per horas xxiiiij. pones, & destillabis.

Cum caphura. Vnciam caphuræ cum libra aquæ rosaceæ destillabis, & utêris medicamentis regum.

Eodem modo fit aqua rosata cū sandalis, & alijs speciebus (aromatibus) quibusuis. Sunt qui destillant hæc omnia in aqua simplici loco rosaceæ.

♁ Tribulum quasi trifolium Romæ uocant, herbam odoratissimam, quam destillant pro suffumigijs, & alijs uarijs odoramentorum lasciuijs faciendis, Monachi in Mesuen.

Aqua odorifera, qua capitis, cordis & stomachi uires refocillantur. Florum lauendulæ manipuli quatuor. Rosarum alb. & rub. utrarumq; manipuli duo. Rorismarini, caryophyllatæ, cype

ri recentis, corticum citranguli, singul.
 manipulus. Menthæ, saluiæ, thymi, sam-
 pfuchi, foliorum lauri, uel pulegij, sing.
 manipulus semis. Caryophyllorum un-
 ciæ quatuor. Galangæ, nucis mosch. ca-
 lami aromatici, zinziberis, cinnamo-
 mi, florum (malim radicis) ireos sing.
 semuncia. Vini albi libræ sex, (uel q. s.)
 Trita infundantur per octo dies in ui-
 tro bene clauso. postea utere. Egregia
 est ad manuum lotionem, si parum in-
 de ad copiosam aquam puram miscue-
 ris. Poteris etiam destillata uti, & impo-
 nere moschi scrupulum, Epiphanius
 Empiricus.

Alia eiusdem eximia odoris suauita-
 te oblectans. Zibetti, moschi, utriusq;
 drachma, ligetur in linteo subtili, & in-
 fundatur ad Solem per aliquot dies in
 aquæ rosaceæ libris duabus.

Alia eiusdem, perquam odorifera.
 Ozimi, menthæ, samfuci, iridis, hyssop-
 pi, balsamitæ, (si symbrium interpre-
 tor,) satureiæ, saluiæ, melissæ, lauendu-
 læ,

læ,roris marini, singulorum manipulus femis. Caryophyllorū, cinnamomi, nucis muscatæ. sing. uncia. Citrangula poma (è citriorū genere, ouata specie, colore luteo) tria aut quatuor. Terantur & infundantur in aqua rosarū triduo. deinde lento igne destillentur. Destillatione peracta addes moschi scrupulū, & insolabis.

Alia eiusdem, excellentissimi odoris. Aquæ rosarum libræ tres. caryophyllorum, cinnamomi, sandalorum citrinorum, singul. drachmæ sex. florū lauendulæ manipuli duo. Assæ dulcis drachmæ sex. Vini maluatici, aquæ vitæ, utriusq; uncia duæ. Relinque per mensem in infusione ad Solem bene clausa in vitro, uel super fornace. Deinde in balneo Mariæ destilla, & adde destillationi moschi drachmam femis. Tum rursus diebus decem in Sole uel super fornace relinque, utere. Mirum in modum odorata est.

Aquæ odoratæ Andreæ Furnerij, in libro eius Gallico de decoratione naturæ humanæ.

Aqua miræ suauitatis, pro suffiendis lectorum linteis, unde locus uniuersus grato odore spirat. In parua phialam uitream immittes octodecim aut uiginti grana moschi, & zibettum, & ambræ parum. deinde aqua rosacea impletam igni appones, & cū incaluerit auferes, & bene obstructā refrigerari fines. postquam biduo sic reliqueris, utêris deinceps. Tā elegans est, ac si destillata fuisset. Cum indusiūm aut lintea suffire uolueris, pones eam in uase ore largo, & supra eam bullientem uestimenta extendes, ut uaporem imbibant.

Alius modus aquæ odoratæ, quam uocant cassolettam, id est capsulam. In uas paruum ex orichalco funde modicum aquæ rosacæ moschatæ, & modicum zibetti, & caryophyllos, agallochum, styracem calamitā, omnia trita
ad

ad ignem misceto: & exhalante inde uapore imbues quæ uolueris uestimenta. Mirabilis est odor, quem ut conferues, uas diligenter claudes: & cum uidebitur, amplius rosaceæ affundes, ut renouetur.

Alius. In aquæ rosaceæ libras quatuor immittes assæ dulcis crassiusculè tritæ, styracis, & caryophyllorum camphoræ, agallochi, singulorum unciam. Moschi, zibetti, utriusq; grana uiginti. Hæc pariter indes in uas uitreum membrana clausum, decem aut duodecim foraminibus modicè pertusum: & uas ipsum in cacabo aqua pleno per horas quatuor bullire permittes, quasi in balneo Mariæ. Postea refrigeratum colabis per linteum subtile, & in uitreo uase seruabis, in quo moschi grana quindecim iniecta fuerint, quibus cū aqua iam dicta perfusis, (dilutis,) uas obstrues & per quinque dies insolabis. Sic aquã habebis longè odoratissimam.

Aqua odorifera & secreta, cuius pars

unà cum decē aquæ puræ partibus mixta, totam facit suauissimam. Moschi grana uiginti plus minus, (prout odor eius magis minúsue tibi placuerit,) nucis moschatae, caryophyllorum, galangæ, spicæ nardi, granorum paradisi, macis, cinnamomi, singulorum uncia. Omnia trita indantur in uas uitreum destillationi idoneum, affusa aquæ rosaceæ sesquilibra aut circiter. Sic per quatuor aut quinque dies relinques. postea addes ter tantum aquæ rosaceæ, & totum hoc destillabis in alembico in caccabo pleno aqua bulliente tanquam in Balneo Mariæ. Aquam inde collectam diligenter occlusam seruabis ad eundem usum, ut superiorem.

Alia excellens. Aquæ florum citri libræ duæ. Aquæ de rosis rubeis libra: de myrtis, seslibra. Rosarum moschatarum bona quantitas, & similiter iasmini (scilicet florum. (caryophyllorú semuncia. Assæ dulcis bene contritæ uncia

ciæ tres. Vernicis uncia. Styracis calamitæ & rubei, utriusq; semuncia. Omnia trita & aquis admixta destillabis in alembico uitreo cum capite & recipiēte diligenter luto septis, ad exiguum ignem aut in balneo Mariæ, uel in caccabo aquæ bullientis.

Aqua odoratissima, qua cum etiam oleum destillatur. Illa quidem uel cum centuplo aquæ puræ permixta, totam sua suauitate imbuit. hoc uerò etiã cum millecuplo. Myrrhæ electæ, puræ, recentis & pinguis in frustula minutatim cōtritæ libra. Succo rosarū selibra. Mixta in alembico destillantur in cinerib. ubi primū lento igne aquam separabis, aucto deinde oleum. demum aquā ab oleo secernes. Aqua illa faciei nitorem conciliat. Vulnera efficaciter glutinatum uetera tum noua. Oleum uerò maximè pretiosum est, & eadem quæ aqua efficit, sed multò celerius: uerbi gratia, horæ spatio, quod aqua diei. Aquæ huius destillatæ uncia cētenis aquæ puræ

admixta, omnes reddit egregiè odoratas: olei uerò uncia, aquæ puræ etiâ centenis libris addita, idem facit.

Aqua rosacea moschata, quæ ad alias etiam compositiones requiritur. In uase uitreo quod inferius largû, supra angustum sit, moschi grana duodecim aut amplius immitte, & sic membrana clausum per quatuor aut quinque dies insolato. Deinde uas aliud simile rosis repletum modicè siccis & tuis, obstrues linteo tenui & raro, uel cilicio. Tum os uasis quod rosas continet impones in os alterius quo moschus cõtinetur, & diligenter luto obstrues ambitum, & insolabis, ita ut uas rosarum superiore loco sit, alterum inferiore, in fenestra aut alibi ubi calor Solis uehemens sit. Poteris etiâ rosas modicè siccas & contusas, optima aqua rosarum aspergere, & ita in destillatorium immittere, &c. Hac aqua longè suauissima tum per se utêris cum uolueris, tum alijs compositionibus eam admiscebis.

Aquæ

AQUÆ DESTILLATÆ

*Cosmetica, hoc est ad ornatum
pertinentes.*

A Quæ destillatæ cosmeticæ etiã in aliquot differentias distrahuntur. Aliæ enim faciei conueniunt, ut colorem eius reddant, album, roseum, nitidum, rugas amoueant, à Sole præseruent: aut ut maculas & scabritiem in ea aboleant. Alię ad capillos & colorem in eis mutandum pertinent. Alię dentes dealbant.

Non debet autem omnis cosmetico-
rum usus inhonestus, & homine probè
instituto indignus uideri. Nam Gale-
nus quoq; clarissimus medicorum cos-
metica medicamenta non pauca præ-
scribit in opere de compositione sec-
locos: & sæpe utilem & honestum eo-
rum usum esse docet. Nam maritorum
quorundam improbitas paruis & leui-
bus coniugum uitijs, ab amore earum
ad pellices & meretrices auertitur: &

uitia quædã huiusmodi sunt, ut hominem ingenuum cum ijs in publico apparere pudeat. nonnulla etiam molestiam inferunt, dolorẽmue aut pruritus, ut tubercula quædã in facie, &c. Nos quidem hæc non mulieribus aut alijs hominibus, sed medicis tantũ scribimus, quos uiros bonos & prudentes esse cõuenit: ut cum aliãs honestis istis remedijs utantur, tum imprimis cum huiusmodi à regum et principum nobiliũq; matronis spectatã probitatis requiruntur. Plura de istis, & quid cosmetica ars, qua honestus ornatus quæritur, à commotica & fucatoria differat, leges apud Galenum de compos. medic. sec. locos lib. i. cap. 2.

Aquas cosmeticas simplices hîc nõ referemus, ut sunt aqua florum fabarum, fragorum, roris, lactis caprini: Vide supra de aqua fragorum, & de eadẽ ac cæteris apud Brũsuicensem aut Rysium. Habet & aqua uitæ uim cosmetica[m] ut suo loco recitauimus.

Aquæ

Aquę destillatę de folijs persici & salicis, æquo pondere mixtæ humectata. inde tubercula in facie rubicunda (Gal li uocant rubiz,) persanant.

Vinum aromaticū ad ornatum mulierum, quod cutim albā, subtilem, purā & coloratiorem reddit. Zinziber & cinnamomum pone in uino, & destilla ad modum aquæ rosaceę. Valet etiam contra omnes frigidas complexiones, & maximè contra paralyfin, Arnoldus in libro de uino.

Cosmeticā aquam, qua cū mulieres cutem crassam, nigram & squamosam emendant, ex argento uiuo cocto in o- uo crudo, etc. habes apud Nic. Massam de morbo Gallico lib. 6. cap. 2.

Aqua ad faciei candorem. Spumę argenti lib. f. Tritam cerne, & in aceti albi lib. 2. decoque ad tertię partis consumptionem, rude agitando, decoctam destillato. Tandem addito capthurę semunciam, aphronitri, olei de tartaro, aluminis scissilis, sing. unciam.

Colato per p̄anum crassiore, faciem & collū illine, Epiphanius Empiricus.

Alia eiusdem ad faciei nitorem. R. radicū lilij, ari, dracunculi, singularū recentium seslibram. Aquæ florum fabarum sesquilibram. Aquæ rosaceæ uncias octo. destilla. adijce moschocaryj, cinnamomi, utriusq; drachmas duas. Faciem bis die abluito.

Aqua ad eundem usum elegans, eiusdem. R. Florū fabarum, amygdalarum amararum, persici foliorum, sing. unc. tres. lactis caprini, quātum aliorum omnium, destillatis adde 6. uel 8. ouorū elixorum albumina, quæ misceri agitariq; cum aqua destillata oportet: mox iterum destillato atq; caphuræ drachmas duas admisceto.

Aqua Gallicana, ad lentigines, omnem scabritiem & maculas faciei. Tartari ad albedinē usq; cremati libra. Mastichæ, tragacanthæ, utriusq; semuncia. Camphoræ drachmę sex. Albumina ouorum quatuor. Trita mixtaq; in aqua rosacea

rofacea destillentur. Remediatur cum admiratione, Epiphanius Empiricus.

Aqua conciliās faciei roseum et formosum colorem. R. pintam aquæ uitæ ter destillatæ. praslij unciam: caryophyllos numero decem & totidem grana paradisi. cubebas quinque numero. Omnia trita & cribrata cum aqua uitæ per parum feruefacies in uase diligenter operculato, ne quid ullo modo exipret. Deinde refrigeratā hanc mixturam destillabis per alembicum uitreum omnino lento igne, & habebis aquā bonam & claram. Cum uti uolueris spongia inde madida faciem uel cutem alicuius tinge: Facit enim sine dubio colorē roseum, cādidum, formosum. Et durat ista tinctura lōgo tempore, nempe per duos uel tres annos. Quòd si aqua uitæ defuerit, accipe uinum rubeum de Rupella quod reperiri potest optimū, mēsurā semiloti. maior enim uini mēsurā esse debet quàm aquæ uitæ. Sed aqua uitæ multò melior est ad hanc a-

quam parandã. Hęc aqua cutem hominis subtiliter & mirabiliter ornat, Ex codice manuscripto sine auctore. Huic similem mox ponemus ex Gordonio.

Alia rugas & maculas faciei tollens, & cutim clarificans, ex albuminibus ouorum destillatis: Vide supra inter aquas simplices in Balneo Marię destillatas.

Aqua mirabilis quę delet napas (tubercula seu pustulas papulęsue aliqui napas uocant, Itali puto) lupinas, glandulas, scrophulas, porros, id est uerucas, & omnia nascentia mala ubiuis in corpore tollit. Olei laurini librę duę. thuris albi, mastiches electę, gummi Arabici, terebinthinę clarę, singulorum drachmę tres. Tritis terendis misce omnia & destilla per alembicum. Et in aqua ista sic destillata infunde selibram cineris terrę, & iterum destilla: & serua aquam tanquam thesaurum, Innominatus. Videtur autem

autem hic liquor oleum potius quàm aqua futurus: & nisi cinis adderetur, recté destillatis balsamis adscribi posset.

Aqua cosmetica faciem dealbans, & calculum comminuens, descripta est nobis supra circa finem tituli ubi de uiribus liquorum destillatorum in genere egimus. Vide etiam Rogerium tractatu 4. cap. 5.

Cosmeticas quasdam ad faciem reperies etiam mox in sequentibus ad capillos inscriptis. Sunt inter balsama quoq; inferius quæ ad ornatum faciãt.

Aquę destillatæ aliquot ad faciei ornatum ex Andrea Furnerij libro Gallico de decoratione naturæ humanæ.

Aqua ad nitorem & albedinem faciei. Florum rosarum albarũ, nymphæę, sambuci, liliorũ adéptis crocis, fabarũ, singulorum istorũ florum libra. Aquæ fragorum selibra. Medullæ panis albi

quantū uidebitur. Albumina ouorum duodecim. Thuris albi uncię duæ. In his omnibus per noctē infundatur cerussa trita. Destillentur omnia in alembico uitreo. aqua extracta Soli exponatur. Ea abluatur facies mane & uesperī, ita ne abstergatur.

Alia, ut facies & reliquæ corporis partes pulchrā & iuuenilem speciem retineant. Aquæ uitæ unciæ duæ. Aquæ de floribus fabarum, rosaceæ, utriusq; unciæ quatuor. Nymphææ unciæ sex. Mixtis omnibus adijce tragacanthæ albissimæ drachmā. Per sex dies insolatam hanc aquam colabis linteo puro. Vfus eius est mane, ita ut non abstergatur.

Alia ad splendorem & formam faciei. Aqua de albuminibus ouorum recentium per spongiam facta cum æquali mensura succi limonum, destilletur ut rosacea. Huic aquæ postea adde lixiuij communis circiter duas uncias: & limonem integrum cōtufum (decor ticatum potius) immittes, post octo
dies

dies exprimes ab eo succum, & miscebis cum aqua. Facies prius abluta aqua pura, & absterfa, hac aqua destillata lauetur. Nitorem elegantem conciliat, cutim conseruat, & omnino optima est.

Alia qua utebatur Isabella ex Arragonia ducissa mediolani. Florem farinae frumenti subigito cum sextario lactis caprini, inde panem in furno leniter coquito, & extrahito antequam nimium coctus sit. Huius panis medullam per minuta frustula diuisam aut friatam, & in alio recenti lacte caprino infusam per sex horas relinquito. Admiscebis aquam duodecim albuminibus ouorum cum spongia factam, calcis de putaminibus ouorum unciam. camphoræ, aluminis saccharini, corallij albi, singulorum drachmas duas. Omnia hæc trita cum liquidis incorporentur, & in alembico uitreo destillentur. Aqua inde proueniet optima, & utilissima ad tollendum omnes molestias in facie nascentes. De-

corem faciei quàm fieri potest summū conciliat.

Alia formam faciei concilians. Folia rorismarini, & tartarum album cum uino albo miscebis, & aqua inde extracta per alembicum utêre ut præcedentibus ad eundem effectum.

Alia ad idem. Flores fabarum in bono uino albo per unum aut alterum diem insolabis in lagena uitrea, deinde lento igne destillabis. Vfus eius est mane & sero ut ea abluatur facies, sed eadem semper prius lauetur decocto cerussæ. Et breui tempore uidebis effectum.

Alia quæ omnes maculas tollit. Crystalli & corallij partes æquales pone in uase uitreo, cum aqua limonum digitum transuersum superante. hoc uas obstructum in loco aliquo frigido ut in cella uinaria, in terram impones, (addendum erat per quot dies,) Deinde limaces abiectis testis aqua modicè salsa toties lauabis, donec omnis
 eorum

eorum uiscositas abierit. Tum destilla-
bis & seruabis aquam. Deinde ex rapis
etiã minutatim concisis aquam elicies
in alembico. Vfus tempore accipe
primę aquę cochlear unum, secundę
quatuor, & tertię quatuor, misce & ab-
lue faciem, quę tamen prius abluta sit
aqua pura & absterfa.

Alia ad idem mirabilis. Accipe li-
maces sine testis suis, & laua ut supra
dictum est. deinde salis (aliã salis gem-
mę) contriti unciam in uase uitreo spar-
ges, & limaces superimpones. tum rur-
sus salem alterum sparges, & limaces
superimpones, idq; alternis facere per-
ges donec tertia pars uasis impleatur.
Tunc affundes succi limonum tan-
tum, ut supra salem & limaces duo-
bus digitis excedat, & destillabis. A-
qua ista utëris ut supra scriptum est.
Quòd si destillandi commoditas non
fuerit, simul omnia mixta in solabis ua-
se clauso, donec ungenti formam reci-
piant, eoque utëris uespero, ut alijs

supraſcriptis ungentis, (facie prius abluta,) abſterſa ꝑ,) & poſtridie mane abluēs faciem cum aqua de floribus fabarum. Hoc etiam in Antidotario Gordonij, legimus.

Alia non deſtillata. Duodecim limones, ſingulos in quatuor partes diuiſos, in bono uino albo pone. Hoc liquore utēris ſicut aquis prædictis. Feliciter ſuccedet.

Poſt hæc ſequitur eiufdem effectus aqua deſtillata ex ciconia tenera, quã ſupra deſcripſi inter Aquas medicinales ſimplices.

Alius modus optimus & ſecretus.

Oua ſex recētia, uini Maluatici ſelibra, pipio nondum totus plumis ueſtitus, caſeus à preſſura recens cui nihil ademptum ſit butyri, arantia poma octo, olei de tartaro uncia tres, ceruſſæ uncia. Terantur quæ teri poſſunt, & miſceantur omnia, ut deſtillentur igne lento. Aquæ uſus eſt ut præcedētium. Cutem reddit elegantem, ſubtilem, teneram, quàm

quàm fieri potest maximè.

Lotio siue aqua regia quæ tollit omnes maculas. In aquã terebinthinæ clarę, quanta de libris eius duabus extrahitur, impone mastiches semunciam, thuris albi uncias tres, tragacanthæ semunciam. Trita commisce cum aqua, & destilla. aquã seruabis. Deinde axungiam porci masculi non salitã liquato, & per linteum duplex colato. Deinde accipito, zinziberis albi, caryophyllorũ, cinnamomi, euphorbij, spicænardii, camphoræ, singulorum uncias duas. nuces moschatas tres. Trita hæc omnia cum axungia colata, ut dixi, misceto. his adde uncias duas argenti uiui sæpius abluti cum sale & aceto & per corium traiecti, & cum hoc incorpora scoriam (la feuille ou de la laeure, ut Gallice scribitur) argenti uiui (de coupelles.) Omnia simul mixta destillato, aquam seruato. Postea accipe aquę de terebinthina prædictę uncias sex, & posterioris aquę de axungia duplum. misce: & cum uti

uolueris,abluito faciem prius cum decocto cerussæ & abstergito. Tum de aqua ista commixta circiter sex guttas in uolâ manus effunde, & ubi uolueris illine, & locum illitum linteo intege donec siccetur. Effectus sequetur mirabilis.

Alia de limacibus. Limaces albæ triginta. Lactis caprarum libræ duæ. Adipis porci uel hœdi recentis uncię tres. Camphoræ tritæ drachma, destillentur in alembico uitreo.

Alia. De medulla panis frumenti albissimi sex uncias infunde & laua in libris duabus lactis. Misce diligenter, & destilla, ut supra, & laua.

Probatur etiam aqua destillationis albuminum ouorum.

Alia candoré faciei inducens. Myrrhæ unciæ duæ. thuris albi, mastiches, utriusq; semuncia. zinziberis albi drachmæ tres. cinnamomi electi, argenti sublimati, utriusque drachmæ duæ. camphoræ drachma. albuminis ouorū
libra

libra aut ſesqui. Omnia diligēter mixta ponātur in uentre gallinæ iuuenis & bene habitæ, exenteratæ. Quòd ſi uoles, gallinam ſimpliciter adijcito, ſed pelle detracta minutatim diuiſam. Addātur etiā lactis aſinini aut caprini ſextarij circiter tres. Deſtilla in alembico uitreo.

Vt facies eleganter ſplendeat. Oua recentiſſima triginta, macerato in aceto quàm acerrimo per tres dies & noctes : deinde cum acicula pertundito, ut quicquid humoris continēt effluat. Hunc in roſario deſtillabis, ut facies eo abluatur.

Aqua faciem clarificans. Radicem ſerpentariæ purgatā & conciſam in tenues rotulas, per dies nouē macerabis in uino albo, ita ut quotidie uini recentis ſelibra aut amplius affundat. deinde accipe omēta (toylletes Gallicè) hœdina mēſe Maio ſeruata numero ſex: oryze contritæ & coctę in trib. libris aque ſolani nigri, & libram de farina oryze, aque prunorum ſylueſtrium ſelibram,

fabarum contritarum sine corticibus
 quæ in aqua iam dicta bulliant. His ad-
 jicies duodecim poma putrida, & ova
 decem : radicum iridis communis aut
 iridis Florentinæ manip. duos, mellis li-
 bram, amygdalorum amarorum seli-
 bram. gummi Arabici, sarcocollæ, tra-
 gacanthæ, boracis, camphoræ, singulo-
 rum drachmas duas. lactis ouilli libras
 sex, terebinthinæ Venetæ uncias duas.
 aquæ de floribus nymphææ libr. duas.
 Hæc pariter in alembico destillentur i-
 gne lento. Aqua destillata Soli exposi-
 ta sæpiculè moueatur.

Alia quæ maculas cutis delet & deal-
 bat. Boracis uncia. cāphoræ drachma
 semis. aluminis communis drachmæ
 tres. gummi Arabici, & tragacanthæ, u-
 triusq; semuncia. sarcocollæ, assæ dul-
 cis, utriusq; drachmæ duæ. cerussæ un-
 ciæ quatuor. Omnia hæc tere, misce &
 infunde in aquæ serpentariæ aut (&) de
 floribus lilij, utriusq; selibrā: unā cum
 aquis de floribus genestæ, de solano, de
 nym-

nymphæa, singularum uncijs quatuor.
Mixta destillabis in alembico uitreo.

Vt facies clara & iuuenilis fiat, adeò
ut uix maiorem quindecim annis æta-
tem præ se ferat. Oua gallinæ recentia
sine corticibus duodena. cinnamomi
uncia. lactis asinini lib. Aqua inde per
alembicum detracta abluet faciem.

Cosmetica quædam ex Antido-
tario Gordonij.

R. radicum lilij, rad. dracunculi, ari-
cicerum excorticatum, oryza, amy-
li, ceruffæ lotæ, saponis Gallici, ana un-
cias duas. ponantur in olla noua coo-
perta, decoquantur in furno, & conte-
rantur. Tum R. tragacathæ, gummi A-
rab. ana unciam. infundantur in aqua
de floribus fabarum. Deinde porcella-
nas tempera in aqua limonum, donec
possint malaxari. adde boracis semun-
ciam. Hæc omnia cum ualde exigua a-
xungia porci, misceantur cum aqua fa-

barum. Hinc factò quasi ungento illi-
ne totam faciem mane & uesperis: et ab-
lue cum aqua tepida colaturæ furfuris.
Hoc medicamen abstergit, purgat, de-
albat: denique faciem reddit summè &
mirificè uenustam, planam, æqualem,
gratiosam.

Aliud. Limones scissi in tres uel plu-
res partes, decoquantur in uino albo,
quo cum facies abluatur.

Aliud ad rubificandum poma maxil-
larum, (cui supra quoq; similem descri-
psimus.) R. Aluminis, brasiliij, grano-
rum ex quibus fit persicū rubeū, teran-
tur cum aqua uini destillata. Inde pluri-
mum illinatur locus quem libuerit ru-
bificare. Quòd si adderetur perexiguū
aquæ salis Ammoniacy destillati, color
foret firmior ac diuturnior. Caueatur
tamen ista aqua (Ammoniacy) quia om-
ne corpus corrodit, & si uti libuerit mi-
nima quantitate adijciatur, ne corrup-
pat medicamentum.

Qui plures liquores, destillatos præ-
fertim

fertim, ad faciei puritatem & nitorem requirit, legat Rogerium tractatu 4. capit. 5. ubi is describit aquam fabarum, & limonum, quarum usus sit uel per se, uel cum compositione quadam, &c. item aquã cum bryonia & dracunculo compositã. & simplices. ex fragaria, ex hasta regia, ex herba muscata, ex floribus nigellæ, &c.

Aquæ ad tingendos capillos &
alios pilos.

Sponsam Solis tritam (aliàs Solfosij femina trita) pone in lacte mulieris nutrientis puerum masculũ, decẽ (al' quadraginta) diebus, deinde fac oleum. Hoc oleum decoctum cum auro foliato leniter bulliẽdo per diẽ unũ, mirabile est. nam si quis cum eo lauerit crines, auro similes euadent. Eadem si facies illinatur & fricetur, plana & clara erit, ut angelica uideri possit, continuando per quinque dies. **Quin & uisum**

clarificat, & quemuis oculorum affectum intra decem (aliâs quatuor) dies curat: nec non omnes dentium dolores intra triduum. & si gingiuæ bene cum ea fricentur, uermes cadût & moriûtur. Aegidius inter cuius aquas hæc numero quarta est. Si quis biberit de hac medicina nouem diebus, curatur à paralyfi de quacunq; causa proueniente, etiâsi durauerit p̄ quatuor (annos,) Lullius in libro de aquis. Videtur autem hic liquor nō destillatione, sed expressione tantum fieri, ut dicam inter Olea ex seminibus.

Aqua ex lardo destillata, ut capilli longi & flaui ac splendidi fiant, & facies elegantior. Lardi quantum uolueris radendo quàm minutissimè conscindes, deinde in pila marmorea contundes ut pastâ subactâ referat. Hac in alembico destillata liquoré album colliges, quo pilos & faciem inunges. Pulchritudinem enim eis & splendorem conciliat, Andr. Furnerius.

r Aqua

Aqua ex melle destillata pilos uenustos & prolixos reddit. Vide infra ubi dicemus de quintis essentijs simplicibus: & inter aquas quæ destillatur in rofarijs.

Aqua dealbans, &c. ex talpa, sexta inter Aegidij aquas. Talpam in puluere redige cum sulphure, & affuso chelidonix succo relinque per aliquos dies, postea destilla. Hac aqua lauabis locum cuiusuis bestix, & dealbabitur. Eidem si admisceas aquã (aliàs omittitur uox, aquã.) aloë & cerã, inungendo locum affectũ curabis omnem guttã: & quod uocant noli me tangere, si emplastrum inde factũ imponas. Inuncta (similiter) scabiem capitis emendat, & curat guttam rosaceam emplastri modo imposita. Cæterum cum lapide calaminari & aloë mixta, curat lupum perfectè, emplastro inde imposito bis in die, si etiam superfluitates eadem mixtura lauètur. Nullo modo autem intra corpus sumi debet.


Aqua tingens uiridi colore. Cupe-
rosæ (id est uitrioli) libra. Smerilli seli-
bra. Destilla & unge, Epiphanius Empi-
ricus. Capparorum aqua destillata ui-
rides uerè pilos & capillos efficit, Car-
danus.

¶ Aqua ad dentiũ purgationem be-
ne faciens. R. Salis Ammoniacy, salis
gemma, sing. uncias tres. aluminis sac-
charini fescunciam. destillentur, aut in
libris duab. aquæ macerentur octo di-
es, colenturq̃, dentibus lauando affri-
ca, Epiphanius Empiricus. Alias duas
similes ad eundem usum reperiens infra
post Aquæ fortis descriptionem.

*PER DESCENSVM QVOMO-
do destillentur aqua ex herbis, flo-
ribus, & radicibus.*

Modus destillandi per descensum a-
quas odoratas & efficaces ex
floribus & herbis.

Accipe



A Ccipe uas figūli
 nū A: sup quod
 linteū lineū rarū B. ex
 tende, & super ipsum
 rosas, (nā sic rosacea
 fragrans mirū in mo-
 dū euadit,) aut uacci-
 nia florē sue alios aut
 herbas sparge. In deha-
 beas patellam C. quæ
 uas integat, & super fundum D. ignem
 pone. Sic destillatur odoratissima non
 solum, sed etiam efficacissima aqua. Ro-
 sacea in Sole conclusa ponit solet, ut fu-
 mi odore priuetur, cum tamē odorem
 rosæ retineat, Cardanus.

Rosę recentes linteolo super peluim
 tenso impositæ, si uas carbonibus igni-
 tis plenum acceperint, destillant aqua
 multa & odora in eam peluim. Eodem
 modo flores reliqui, Syluius. Mihi qui-
 dem hoc, destillationis genus pro ijs
 omnibus quæ frigida sunt & refrigera-
 re debent, cōmodū uidetur, præcipuè si

odore careant, ut pleraq; omnia astringentia: & magis etiã quæ frigida & humida sunt. Quin etiã multam aquam & breuiori tempore, minoriq; sumptu sic habebimus, nec periculum est quòd euaporent. Sed danda opera ne uas impositum minus ferueat: & ne diutius q̄ par est relinquatur, ne aqua adustione resipiat.

Si duæ matulæ sibi applicentur, & superior rosis impleatur & insoletur (interposito linteo) destillat aqua odoratissima in subiectam, Syluius.

Aqua rosarũ moschata quomodo in Sole fiat per descensum, præscripsimus supra in capite de aquis odoratis.

Palpebras inuerfas emendat uiolarũ florum luteorum humor, qui per se in uitreã ampullam destillat. Vas impletur floribus qui diebus plurib. sole cõtinuò macerantur: unde liquor quidã colligitur in fundo, is oculis salutariter imponitur, Alexander Benedictus.

R. Turiones fœniculi, antequam flo
reant,

reant, succi plenos cum folijs. hos in phialam uitreã imponito, non omnino tamen replebis: & os eius inuersã in alteram phialã subiectã immittito, ac oblinito fermento, ne spiritus exhalare possint. Pones autẽ phialas in foramine alicubi in pariete, solem meridianũ feruidissimum uersus. Sic intra sex aut circiter horas aquã habebis utilissimã ad lippitudinem & uisum acuendum: cuius utilitatem amicus in seipso expertus, qui aquã quoq; ipse parauerat, nobis indicauit.

Scillã recentes detracto cortice exteriori, cultro incisã uasi infernè foraminulento, & supra operculato lutoq; munito imponuntur. Huius ollã fundus immittitur in alterã ollam subiectã in scrobe terrã, & luto commissura circumdatur. Tum ignis excitatur circa superiorem ollã per noctem unam (horas decem aut amplius.) Sic aqua defluit in ollã inferiorem: quã cum farina uel pane mista, gustata mures cito ne-

cat: citius, si lithargyri paucum miscueris, Bulcasis lib. 2. & ex eo Syluius.

Est quando per descensum fiunt aquæ & olea quædam, quomodo ex resinosis arboribus urendis pix, Syluius. Sed de oleis quæ per descensum fiunt, infra dicemus. Quædam medio ferè inter ascensum & descensum modo fiunt, ut oleum uitrioli cucurbita in latus posita transfusa.

DESTILLATIO IN CINERIBUS, vel arenis. aut scoria trita, &c.

IN cineribus destillantur tum aquæ, tum olea: Aquæ, mitissimo calore, quem manu tum cineres, tum ipsa destillatoria uasa tangendo discernes. Et forte nihil interest, in Balneo Mariæ aut cineribus quasuis aquas destilles, si ignis modum obserues. Nam in balneo Mariæ aquam cui destillatoriū uas imponit feruere licet: cineres feruere aut calere nimis non licet, nempe cum
herbæ

herbæ, radices, flores, aut liquores aliqui ad deriuandã ex eis aquam destillãtur. Eò quidẽ suauiora, & empyreumatis minus olentia fieri credunt in cineribus destillata huiusmodi, quò lenius lentiusq; res perficit, ita ut capitellũ nõ caleat, & aliquando inter unã & alteram guttam delabentem, circiter quinquaginta unitates ab accelerãte numerari possint. Olea uerò maiori igni et calore uehementiore indigent, nempe sicciore. itaq; licet in cineribus rectè fieri possit, quicquid in aqua fit, non cõuertitur tamẽ. nã olea in cinerib. fieri possunt, in aqua bulliẽte nequeũt. Sed hæc res clarior fiet infra ubi de quinta essentia docebimus.

Facilis autẽ & in promptu est per cineres destillatio, si uas figlinũ aut æneũ mediocre, satis profundũ, & cucurbitẽ seu corporis destillatorij capax cinere tenui et cribrato aut arena tenuissimã, eousq; repleat, ut q̄ i uase est materia destillãda, tota infra cineres habeat neq;

emineat. Hoc uas cineribus plenum supra quibus aut sex ferreos cylindros aut bacillos pones: qui transuersi de latere ad laterem impositi sint. tribus nempe lateribus foco impositis, eorum duo latera occupabunt, posteriori, si res ad parietem fiat, non est opus. Anterior pars huius ceu quadratae constructionis aperta relinquetur, ut ignis illic fieri & subijci possit. Longitudinem laterum singulorum pedalem esse satis est: altitudinem digitorum sex, aut circiter. Hæc omnia circumquaque luto (admixtis frustulis testaceis) obfirmabimus, ut calor melius contineatur, duobus spiraculis relictis in angulis. Sed modus hic prorsum extemporaneus est, & pro uno duntaxat uase idoneus. Ego operosiores aliquando fornacem construxi huiusmodi. In angulo domus basin cum lateribus & calce erexi, ad altitudinem sesquipedis. Super basi fornacem rotundam cum hostio uno angusto, longo latoque instar parui lateris, (ita ut manus
infernæ

inferi possit,) qui cū claudere libet fornacem opponitur. Spiracula seu uentilia erāt tria. Altitudo fornacis ad digitos circiter decem. Supra hanc fornacem eiusdem circūferentiæ lamina ferrea imposita erat, diametri ad duos pedes aut amplius. circa hanc undiq; margo erigebatur ex crudis lateribus (nam pro fornace lateres coctos accepi) in orbem, altitudine ad duos palmos. Rotundum hoc supra laminas spacium cineribus replebatur. In cineres per circuitum circiter quinque uitrea destillatoria indebantur, ut eodem tempore, & eodem igne, plures simul aquæ, aut olea destillarentur. Undiq; autem fornax munita erat luto subacto cū aqua ualde salsa cui pars aliqua fimi equini mista erat. Est sanè hoc genus fornacis ualde idoneum, quòd exiguo igne indigeat, qui et ipse in tali forma diutissimè durat: ut mane & uesperi semel curasse ignem ferè sufficiat. Debet autem is ex carbonibus tantum fieri, qui per batil-

lum ferreum, tantum ut commodè per hostiolú inferatur, in fornacem immittunt. batilli huius margines utrinq; modicè eleuantur, ut carbones commodi us contineantur. Opus est etiam batillo ferreo oblongo (pro modo fornacis) in fine curuato secundum angulum re-ctum, & ibidem in fine aliquantulum dilatato, per quem moueantur et digerantur qui intus sunt carbones, & de batillo detrudantur. Sed hæc experientia melius cognoscuntur. In his fornacibus, & quomodocunq; in cineribus, tû alia aquarú oleorumq; ut dixi, genera rectè parant, & præcipuè quæ sicca in uino infusa & aliquando uasè optimè clauso macerata fuerint, eundè prorsus odorem saporemq; redditura: ut absinthiû, sicut supra docui, gentiana, baccæ iuniperi, & aromata, ex quibus destillatas aquas aureas denominât nostrates, &c. tû aquæ uitæ destillatio aliquoties repetit: in qua hoc animaduerti, meliorem semp et puriorè partè primâ fluere &

& quicquid phlegmatis est, (uel aquæ mortuæ, ut quidam uocant, & inutilis, noxia, & ferè fœtida sit,) postremû sequi. quod in capitello uitreo pulchrè dignoscitur. nam dum essentia purior, ignea scilicet & aerea fluit, nullum in capite signum apparet: ubi uerò iam phlegma com meat, aquæ striatim fluentis uestigia manifestò apparent, quæ ut primum uideri cœperint, remouédum est uas recipiens, & quicquid in cucurbita seu uentre reliquû fuerit, tanquam inutile effundendû: & altera destillatio inchoãda, idq; repetendû, donec nullû amplius phlegma se prodat, quod quarta plerunq; aut quinta destillatione cõtingit. Postquã nõ amplius destillatione, sed circulatione opus est, ut liquor rectificetur, ut illi loquuntur, & in cœlum aut quintam essentiam uertatur.

Destillatã uapore aquæ calentis uires & qualitates plantarum integrius retinent, sed quia excrementosa sunt, parû diu seruari possunt. Diutius quæ cinerû

aut scoriæ pulueratæ calore destillantur in uasis lapideis aut uitreis, quantumlibet multis, super longam aut rotundam fornacem tegulis intectam, quæ sustineant arenas altas plumbo alto circumdatas. Sed uasa hæc paulatim calfacienda & refrigeranda sunt priusquam aeri frigido aperiantur: alioqui mox rumpuntur, Syluius.

Vlſtadius destillationem quandã in cineribus fieri iubet igne tam lento, ut possis numerare unum duo tria per singula guttarum interualla.

Fructus quoslibet bene maturos, cõcisos & contritos destillabis in arena igne lento, Vlſtadius.

¶ Extemporaneus quidam modus.

Conficitur & repente aqua, dum calefacto aut feruente succo, cyathus superponitur uitreus, in quo fumus transit in guttas. guttæ inde collectæ in aquam coguntur. Sic acetum in aquam
facile

facile uertitur. Vtilis hæc ad oculorum maculas & suffusiones detergendas; maximè si albo aceto ruta incoquatur, Cardanus.

RESINAM lariginam aliqui in uase ligneo ponunt cuius fundum ad perspicuam & quàm fieri potest summam tenuitatem à tornatore redactum sit: sic in loco calido purior & tenuior pars destillat.

DE ROSARIIS, ID EST INSTRUMENTIS, quibus ex rosis & alijs medicamentis liquor stillatitius elicitur, igne subiecto plerunq; immeditatè, ex carbonibus aut segmentis lignorum.

Ignis in destillatione magis adustionis odorem communicat aquæ destillandæ quàm carbones aut aqua, quod ut caueas arenã imponito patellæ in communibus rosarijs: aut potius fac ut arena inter ignem & patellam sit, nec non

circa patellam, eamq̄ uitreatam si terrea est: nam & ex ære fit. Patellæ & alembici commissuram luto munies, fascia scilicet lintea luto inducta & aptè circumposita, nec non uas recipiens cū naso alembici, Brunsvicensis. Hodie quidam rosarias istas capellas ex ære faciunt, & supra arenam ponunt herbas destillandas: & in circuitu patellæ (& infra ipsam quoque, ni fallor) spacium uacuum aqua replent, canali ubi infundantur ad id factō. Ignē autem uel ex carbonibus subijciunt, uel ex lignorum segmentis breuissimis, quòd ignis flamma propter ambientem aquam minus posse nocere uideatur. Sed proculdubio hæc omnia in uitreis uasis multò foelicius destillabuntur, siue in Balneo Mariæ siue in cineribus.

Acetum destillatione cādidum redditur, cum ad alios chymistarū & medicorū usus, tū ut syrupo acetoso misceatur, de quo *Bulcasis* uerba adscribam. Cōstrue atanor simile illi in quo destillatur

latur aqua rosacea: & semper pone uas
destillatoriú ex uitro uel ex terra uitrea
ta: & imple tres partes ex aceto bono,
ut quarta pars uasis superius sit uacua,
ne cum ebullierit acetum effundat. De
inde operi uas cú uase aliquo superius,
sicut nouisti, habente nasum, ut sit in a-
qua rosacea, & fac igne leuè, non fortè,
nam si esset fortis, non fieret acetum a-
deò album. Oportet aut acetum quod
destillatur, esse ex uino albo, & acerrimum.
Sic albú & purum colliges liquo-
rem, & repones. Eodem modo destilla-
ri potest uinú, Hæc Bulcasis. Ego in ui-
treis uasis in cinerib. aliquãdo destilla-
ui, qđ aliquot hæctenus annis seruo o-
dore saporeq; aceto nõ destillato simi-
le, colore tantú & substãtia differēs qui-
bus aquã purã refert. Videt aut Bulcasis
sentire destillandum esse acetú cú igne
siue aqua, nõ in balneo M. sed eo modo
quẽ in rosis destillandis, primú & secú-
dú facit. i. sine aqua cú igne lignorú, aut
potiº carbonú. Nos in cinerib. optimè

destillauimus. Dissoluuntur aceto forti præsertim destillato, uel succo limonum, margaritæ, testæ ouorum, lapides renum, uesicæ: corallium utrunq; eaq; post siccata promptè friantur: præcipitatum & sublimatum & cinabrium, & in argentum uiuum redeunt, Syluius.

Aceto destillato metalla resolui chymistæ aiūt. item urina humana destillata.

Cannabis folia in farinã uersa, quòd caput feriant, potum suauiter inebriantem efficiunt, Cardan. Videtur autem aqua superinfundenda, & cū simul fermentata fuerint, destillãda, similiter ut aqua ardens uel in rosario, aut simili instrumeto ubi ignis immediatè subijciatur: & forte bis aut ter repetenda destillatio. Idem dixerim de AVENAE aqua, de qua similiter Cardanus: Aqua (inquit) ex auena destillata utūtur Moscuitæ quòd uino careant. nec minus excalescit aut inebriat quàm uinum. Cum enim auena crassioris sit substantiæ, necesse est ut ex destillatione incalcescat,

lescat, attenuetur ac exacuator, & ad naturá aque ardentis accedat, Hęc ille. Idem sanè fieri poterit ex quouis potu inebriante, ut zytho, cereuisia, curmi, & apomelite, præsertim uetere: & eo qui cum milio decoquitur.

Mel inter destillandum inflari & exundare solet, cum incalefactū est. hoc cauetur, cum destillatio fit in rosario communi, superimposito in patellá ligneo cribro (cum setis equinis,) ita ut mel attingat. Destillaturus autem in cucurbita uitrea, puram & bene lotá arenam admiscebis, & ignem lentum facies. Aqua prima abijcitur, colligitur uerò secunda cui color aureus, & sub finem ruffus. Huius aquæ usus est mulieribus ad capillos, ut augeantur, mollescant, & flauescant, ea madefacti præsertim in Sole. Defluuia capillorum emendat. Oculis tumidis & lippis medetur: & aquosas earum tunicas & caliginem discutit. angulos oculorum læsos & ulcerosos sanat. Locis ambustis egre

unà destilletur, ut per id quasi uehiculum ascendat, postea separatur.

Item quedã ex plantis fiunt earúmue partibus, floribus, radicib. seminibus, corticibus, resinis, gummis, lachrymis. Quedã ex animalibus, earúmue aliqua parte, aut excremento. Alia ex metallicis, aut similib. ut ex antimonio, plúbo, succino. Nos de singulis loquemur, per tres istas posteriores classes. De cæteris uerò oleis quæ alio quopiã modo sũt: ut expressione, infusione, &c. infra seorsim tractabimus.

Vt oleú benedictú ex lateribus ignitis oleo restinctis destillať per sublimationem, sic ex ladano, cera, liquoribus, gummis, resinis, ossibus, medullis, & alijs pingui humore abundantib. potest sublimando trahi oleum, Syluius.

Olei natura rebus mixtis siue à natura compositis omnibus inesse uidet, cū sali etiam corpori aridissimo insit, ut Cardan^o scribit. (Est etiã in sale pinguitudo, quod miremur, Plin.) sed alijs pl^o

alijs minus. Est enim oleosus et pinguis humor qui in mixtis inest, non aqueus ille & facilis exiccato, sed aereus qui etiam calidus est. Vtriq; enim elemento sui generis humiditas est. Hunc liquorem in quibusdam ipsa natura separat, non in plantis tantum per succos siue liquores, ὀπρός Græci dicunt: lachrymas, gummi, resinas, elæomeli: sed etiã in corporibus inanimatis, ut in metallicis pinguibus, sulfure, argento uiuo: item in bituminum generibus diuersis, naphtha, succino, ambra, & petrelæo, cui nomen quòd è saxis effluat. Manifestissimè uerò in animalibus, tum per alias eorum partes, tum præcipuè adipēs, medullas, sanguinem & in ijs quæ sanguine carent congenerem ei pinguē aliquem humorem. Idem neq; excrementis deest, alui, uesicæ, sudori, melli, ouis, &c. In solidis quidem tum animalium tum plantarum partibus, ijs præcipuè omnibus inesse uidetur, quæ fibras seu uenas habent manifestas, per
 quas

quas scilicet nutrimentum attrahitur. Nutritioni enim dulcia maximè destinantur, quæ quidem facile in pinguitudinè à mediocri calore uertuntur. quin & ipsa pinguia subdulcia sunt. Et succi pinguis abundantia in ijs maximè spectatur, quæ dulcibus multis aluntur. Pinguia tamen ipsa per se non nutriūt, quòd innatent, neq̃ in massæ seu chymi in uentriculo unitatem redigi possint. . Iam pinguisculus ille succus eò plus olei continet, quo in solidiore aut sicciore inest materia, utpote syncerior & minus aquosus. Guaiacum quidè quod in aqua subsidit, eo abundat. Rariora & leuiora ligna pinguem succum in gummi aut resinas conuertunt, quã obrè eo minus abũdant: solidiora densiora q̃ & grauiora eundem retinent, ut guaiacum, iuglans, fraxinus.

Porrò oleum lignis omnibus inesse uel cinis ostendit. omnium enim cinis pinguitudinè suam habet, quã in lixiuum deponit. Adeò durable est pingue

aëreum et magis etiam igneum, ut cum terra comburatur, aqua euaporet, illa remanent, partim in cinere, partim in fuligine. quanquam in utrisq; etiam illis terræ essentia reliqua sit, ut sola aqua absumpta uideat̃ tota. Sed hæc ad philosophos pertinent.

Quomodo extrahendũ sit oleũ ex aromatibus, ut caryophyllis, nuce moschata, croco, macis, & alijs.

Aroma quodcũq; uolueris cõcisum, & contritum crassiusculè, aqua uitæ rectificata & circulata, mediocriter perfunde, & simul macerata demum destilla igne perquàm lento. Et cum aqua uitæ omniã detracta, oleum stillare inceperit, materiam aromatum è cucurbita exemptam sacco impones diligenter filis obligato, & in prælo ad id apto exprimes, utrisq; ferreis præli laminis bene calefactis. Sic expressum oleũ destillare, rectificare & circulare cõuenit:

nit: ut oleum syncerum à crassiore materia separetur. Fæces deinde rursus digeri seu putrificari possunt cum aqua uitæ prius separata, (& denuo destillari.) Ethic modus commodissimus utilissimusq; inter cæteros uidetur, Ryffius: sed obscurius quàm oportebat, nos ut licuit uertimus.

Oleum quomodo per destillationē extrahat è lignis, & similibus, uelut caryophyllis, ex Cardano.



In uitreo uase A. contrita ponuntur,

& quanto leuiore licet igne destillantur: & si liceat, aqua feruente circum uas posita oleum elicere, longè erit melius. Summitati uasis pileus uitreus B. imponitur, ac luto ne respiret aptatur, cui de more canalis adiacet. C. cui alter canalis uitreus adiungitur D. ita luto septus ut nihil possit respirare. Hic per uas ligneum E. transit, quod aqua perpetuo frigidissima repletum habere oportet, cānula H. detrahētes quicquid iam calorem cōtraxerit, aliā nuper hauritam denuo addendo. nā sic D. refrigeratur, fumiq; non uruntur, sed in aquā uel oleum transeunt, conuersiq; per F. canalis partem obliquā & ultra uas aqua plenū exporrectā, guttatim in uas G. cadunt. Vt igitur uidi, primò turbidum quoddā effluit, substātiā rei tenuiorē efferens, pòst aqua clarior exit, demum oleum, quod exusti potius odorem refert, quàm rei illius à qua defluxit. Hoc modo aquarū etiā (ex herbis & floribus) destillatio fieri potest, sed

sed is longè melius per descensum fit, &c. Sunt qui iuxta F. moschum ponunt aliaq; pretiosiora odoramenta, retinetq; aqua odores nõ solum proprios, sed etiã moschi & aliorum quæ apponuntur.

De destillatione per descensum. Vltadius cap. xix. docet de hoc destillandi modo in genere: & priuatim de oleis ex lignis iuniperi, ex vitellis ouorum, ex nuce moschata, & Benedicto: ex quo ego clarius & breuius rem ostendere conabor. Docet igitur cõstrui fornacem huic destillationi aptã, similem foco qualis apud Germanos fit, ex lateribus non coctis, altitudine sesquicubiti undique, excepto anteriori latere (quod humilius fieri potest, & lateribus tenuibus tegi, ad imponendum aliquid ut ferramenta, quibus ignis regitur,) latitudine trium cubitorum quoquo uersus. In medio huius foci foramen fit, tantum ut pes hominis immitti possit. (Erit autem hæc fornax etiam ad alium

usum apta, nempe ad sigillandum sigillo Hermetis, ut uocant: cum cucurbitæ uitreæ os in foramen furni inditum palmi, id est quatuor digitorum lógitudine, & si qd amplius circa ipsum patet eo argilla obstructo, ubi incáduit forcipe similiter candente cõprimatur.) Destillaturus ergo in hac fornace, cucurbitam accipe de optima terra: sin minus de cupro uel orichalco. hanc imple usque ad tertiam parté materia destillanda: & include ei operculú ferreú tenuissimum ex lamina ferrea, foraminibus paruis plenú. Tú inuertes, & impones os uasis in fornacis foramen ad tres usque digitos inferendo, & quicquid circúquaq; patet, luto diligéter explebis, ita ut nihil quicquam in hoc foramen decidere possit. In parte auté inferiore foraminis cucurbitam uitreá subijcies (pro qua imponéda eximendaq; & ut uideas quando materia tota destillarit, anterior fornacis pars debet esse aperta:) cui superioris cucurbitæ os insertum

tū aptetur, (non lutando tamen.) Tum ignis fiat superius circa uas quod materia cōtinet circūquaq;. Sed ignis primo exiguus esse debet, & à uase quantū fieri potest remotus: deinde paulatim & maior & uasi propior excitari.

Sciendum est autem quod à quauis materia, à principio aqua destillat, plus minus, secundum materie differentiā. Hæc cum fluere desierit, & iam oleum stillare cœperit, euacuabis cucurbitam è uetro subiectā, iterumq; subijcies: & ignē augere perges, & eundē ppius uas excitare, donec nihil amplius olei destillet. Tunc em̄ ignis mox longè remouēdus est, ut superior cucurbita refrigeretur. Deinde inferiorem, id est excipientem auferes, & oleum seruabis. Cæterum ignis, ut dixi, in principio perexiguus requiritur, paulatim augendus ad quartum usq; gradum, duabus ex causis. Primum ne nimij caloris subito excessu omnis humiditas, etiā oleosa consumat: quod præcipuè cauendū est, cū ex uitelis ouorū & nūcib. moschatis oleū desi

deramus. Nam in alijs quibusdam, ut ex lignis iuniperi, repentino etiã & magno igne excitato nihil deliqueris. Deinde quia lignum accensum forte cucurbitam læderet, ureret, rumperet: aut oleum ingrato odore efficeret. Porrò in oleo Benedicto simplici, augebis ignem saltem in fine destillationis, & destillandi locum huiusmodi parare poteris: Foueam in terra fodito, longam, latam & profundam pro modo ollæ in eam imponendæ. Sit autem olla uitreata, aqua abluta: & super orificium eius ponatur lamina ferrea tenuis, multis foraminibus perforata, ita ut lamina infra summum ollæ marginem sit digiti transfuersi latitudine: Supra hanc impones aliam ollam quæ materiam destillandam contineat, sic ut orificia coniungantur, & omnia optimè lutetur. Tum fiet ignis circa ollam superiorem, quæ tota sit extra foueam præter orificium. Sed secundus hic modus incommodior primo est: quoniam aqua ab oleo se-

parari

parari non potest: nec facile cognosci quando tota materia sit destillata, nisi usu & consuetudine id cognoscatur. Potest etiam fornax fieri in colle præcipiti: ut idem Vlstadi⁹ docet: ego ne sim prolixior omitto.

Oleum de folijs citri, arantiæ, aut limonis cum destillatur, primo aqua elicitur, deinde oleum, quorum utrunq; separatim seruari debet. oleum quidem imprimis suaue & bonum est. Fit autem hunc in modum. Folia de quavis prædicta arbore, discissa contunde in mortario, & destillando aquam excipe: & cum uideris guttã aliquam diuersi coloris aquæ innatantem, mutato recipiente ignem auge, & oleum collige. id modicè olebit adustionem, quod uitium emendatur, si diu Soli expositum relinquatur. Sunt qui iam dicta folia inter duo lintea siccent & conterant, adijciãtq; alia multa odorata, ut zibetum, moschum, ambram, styracé cal. ladanum, cinnamomum, benzoum: non

quidem substantiam eorum, sed fumū duntaxat. hæc enim iniiciunt in aquam rosaceam super igne, & uapore eorum folia imbuunt. His ita diligenter imbutis, accipiunt aquam rosaceam in qua macerata sint aromata quædam, ut caryophylli, galanga, nux moschata, &c. per unum aut alterum diem: eaque madefactum puluerem foliorum in cineribus igne lento destillant, donec aqueus liquor separatus sit: deinde aucto igne oleum excipiunt, quod longè gratissimi & suauissimi odoris est, Furnerius.

Empiricus quidam mihi retulit, hoc modo commodè oleum separari ab herbis et radicibus. In terebinthina aut larigna resina lota (octies aut nouies) donec albescat, herbas aut radices impone, & in arena calida relinque q. s. Deinde destilla igne lento, & profluat primo terebinthina, mox ab initio: aut si parū mouet, conferta seu uniuersa deinde fluat, primum lacteo ferè colore,

lore, deinde flavesceat. Deprehendes autem gustu quando liquor optatus fluere incipiat: colore mutato, uas recipiens quoque mutabis, ut seorsim excipias. postremus enim liquor ignobilior est, & extra corpus usurpandus, prior uerò intra corpus, Hæc ille. Ipse mihi uideor oleum de baccis iuniperi uidisse hoc modo paratum.

Olea destillata quæ intra corpus dantur, omnia miscenda sunt, cum liquore aliquo, uino, apomelite, aut syrupo cum aqua destillata quapiam, alioque medicamento: ut infra etiam inter balsamea dicemus. hoc est quod empirici dicunt, oleis utpote spiritibus, addendum esse aliquod corpus.

De oleis ex floribus.

Oleum ex croco paratur sic: aspersa aqua uitæ digeritur materia, & abstracta per destillationem aqua uitæ

prælo expressus liquor circulatur, ut supra scriptum est de aromatum destillatione in genere, ex Ryffio.

Oleum de spica, ex Gallico libro Furerij. Herbam (flores potius) spicæ aut lauendulæ ad breue tempus insolato, tum in alembico aquã extrahito. Hæc per æstaté Soli loco quàm calidissimo exposita, oleum in superficié effundit, quàm subinde ab aqua separatam serua bis. Nã & suauissimè olet, & aduersus morbos uarios, præsertim frigidos, utilis est: & dolores tollit.

Eiusdem alter modus. In quanta uolueris copia olei de amygdalis dulcibus, flores spicæ bene maturos macerabis in uase uitreo in fimo equino per dies quadraginta. Deinde lento igne destilla: postremò in sole rectifica uase diligenter obstructo. Si tamen adustionis odor sit, duo aut tria exigua foramina in cooperculo relinques. Sic in Sole purgatum, bonum & odoriferum remanebit.

Eiusdem

Eiusdem tertius modus. Floribus spicæ bene maturis uas uitreum imple, obstrue, & quotidie quantum poteris adijce. Hoc facere perges diebus octo: deinde uas obstructum in fimo equino per tres menses putrificato. Tandé destillabis in alembico magna diligentia, & extractum oleû insolabis, ita ut semper quicquid clarius est separet & reserues. Sunt qui materiam, ut primum ab igne (sic habet Gallicus liber, sed puto legendum à fimo, scilicet equino in quo macerata est per tres menses) extracta fuerit, Soli exponunt, & innatans aquæ oleû subinde remouent. Vbi uerò flores oleum reddere iam desierint, quantum poteris exprimes, & succum expressum in Sole relinques uase inclinato, ut supernatans oleum facilius separetur. Sic oleum perquã odorum habetur sine omni adustionis uitio, Hucusq; Furnerius.

Idem oleum Ryffius fieri ait, ut oleû de rosmarino, concisis floribus in uino

ueterem maceratis, destillatisq; ita ut alembici spiritus subinde refrigerentur, &c. Vide supra in Oleo de Rosmarino. Sunt qui hoc spicæ oleum publicè uendant, & balsamum nominent, cum tabulis in quibus facultates eius descriptæ habentur. Valde calidum & siccū est. Noui ego mulierem quæ unam & alteram guttam eius non sine periculo intra corpus sumpsit, sed lumbricos inde multos deiecit. Miscet̃ rebus quàm plurimis, odoris præcipuè gratia. Gutta eius cum multa aqua agitata, totam reddit odoratam. Medici etiam oleis ungentis q̃ calidis eam admiscent, tum odoris gratia, ut uel gratum augeat & conferuet, uel cælet ingratum. superat enim omnes odores: & forte nullus liquor reperitur æquè simul & uehemens & suauis odore. Ex spica certè longè odoratior quàm ex lauendula fieri uidetur.

Oleum rorismarini quod uicem balsami gerit, Ampullam floribus rorismarini

marini impletá sepelito in arena (clausam panno duplicato cerato, aut cum cera & coopertorio ita quòd respiret, Arnoldus: duplici linteo, deinde etiam cera occlusam, Hollerius) usq; ad mediam partem: & sic relinque per mensem aut amplius, donec flores in aquã conuertantur. Hęc aqua separata & soli expõsita per dies x. aut xx. (aliàs xl.) densatur instar olei. Cor, cerebrum, nervos, & totum corpus roborat. Pannos faciei & maculas delet, iuventutẽ conseruat. Gutta eius aquæ imposita, ut balsamum subsidit. Prodest ad telas & lachrymas (aliàs maculas & alios affectus) oculorum, si gutta una imponat in oculos, bis aut ter ad summũ. Membra paralytica ut plurimum recalfacit, & sanat aliquando. Phlegmati falso resistit. fistulas & cancrum, quæ alijs non cedunt remedijs persanat. Ad eadem facit aqua vitæ ex uino in quo decoctus sit rosmarinus destillata, Lullius. Ego rosmarinum non deco-

querē. euaporat enim uis uini & quinta essentia: sed in uase obstructo macerarem aut putrificarem. deinde in Balneo Mariæ primum, pòst in cineribus aqua super fæces rursus infusa destillarem. Mecú facit Arnoldus de Villa noua, qui in libro de uino; (ubi ille de rosmarini etiam oleo eadē scribit, quæ iam ex Lullio scripsimus. si modo Lullij ea sunt:) Sæpe (inquit) expertus sum quòd aqua uitæ facta de uino in quo remollitus fuerit rosmarinus, curat phlegma salsum, scabiem, cancrum, & fistulam, quæ aliter sanari non possunt. Sed hoc oleū rosmarini non aliter fit quàm è floribus uerbasci oleum, non per destillationem.

Oleum rosmarini fieri debet ex floribus decerptis cum summis turionibus seu ramulis quibus adnati sunt, contritis, & in optimo uino uetere maceratis seu putrificatis. Debent autem destillari lento igne, ita ut alébici spiritus subinde refrigerentur: postea circulari, donec

nec quoad eius fieri potest omnis crassa substantia à subtili separetur, Gualtherus Ryffius. Poterit autem destillari, ut conijcio, uel in cucurbita, præsertim breuiori, cum alembico: uel in retorto cum recipiente diuersæ figuræ, uel potius in duobus retortis quorum alterum sit recipiens uel in uasis æneis quæ uesicas uocant pharmacopolæ, ut aqua cinnamomi, aut aqua ardens.

Eodem modo destillantur olea, ut idem docet, de VERNICE seu gummi iuniperi, de SPICAE aut LAVENDULAE floribus, ANISI semine, & multis alijs feminibus.

Chelidonij quarta essentia siue ignis qui est tanquam liquor olei, &c. quomodo paretur & in quem usum, lege supra ubi de quinta essentia tractauimus. Licebit autem à plerisque herbis & alijs medicamentis, oleum duplex, aereum & igneum, eodem modo quo in Chelidonio illic præscriptum est, extrahere.

Oleum rutaceum. Cardanus libro

cet quo ex quibusuis aromatibus, quæ in aqua ardente macerata destillant donec aqua ardens separetur, & cū primū cœperit fluere oleum, materia è cucurbita exempta exprimit, & c. ut supra ex Ryffio scriptum est: qui huius etiā olei vires particulatim describit.

Oleum de nuce moschata quomodo eliciatur, uide superius ubi in genere tractauimus de destillatione oleorum per descensum ex Vlstadio. Oleum de NVCE moschata & inuolucro eius MACIS, eodem modo quo ex caryophyllis extrahitur, Ryffius, qui vires utriusq; singulatim describit.

Anisi oleum extrahitur, (ut ex alijs siccis quæ in plantarum genere sunt,) seminibus contritis optimo uino maceratis, deinde paulatim per ascensum destillatis, ita ut spiritus in alembico assiduè refrigerentur, & c. & liquore postea circulato. Vires eius Ryffius enumerat, nos omittimus ut & aliorū ferè ubi nullus peculiaris effectus aquis &

oleis attribuitur, quin idem illis etiam à quibus detrahuntur remedijs ante de stillationem conueniat, nisi quòd de stillando subtilior & efficacior redditur.

Olea è baccis IUNIPERI, & è baccis LAVRI eodem modo fiunt: nempe còtrita uino macerata, aut aqua pluuiali, destillantur eodem modo quo aqua ardens, uel in uesica ænea ut pharmacopolæ nominant, uel ita ut ex lignis & caryophyllis oleum trahi supra scripsimus ex Cardano: uel ut ex aromatibus ex Ryffio. Non multũ enim referre puto, modo spiritus qui per alembicum feruntur, in ipso rostroq; commodè refrigerari possint.

Vires oleorum istorum Ryffius recenset. Solent & agyrtae apud nos oleũ de baccis iuniperi uendere, cum tabellis impressis quæ uirium eius catalogũ continent. Hoc inter cætera etiam tertiã laborantibus mederi audio.

Oleum de frumento quidam faciũt
exprimen-

exprimendo inter duas laminas ignitas: alij hoc pacto inutile fieri putant, et parari debere ut oleum de iunipero, nimirum ex lignis iuniperi per descensum. Mesue triticum excorticatum in uase sublimationis etiam destillari ait ut oleum philosophorum. Curat impetigines, & cutis asperitates à siccitate natas lenit & humectat, & cæteras cutis infectiones emendat. A Rasi etiam in Antidotario describitur. Vide infra inter olea non destillata. Possset etiam de HORDEO & similibus fieri, tum per sublimationem, tum per descensionem, Monachi in Mesuen.

Oleum de ben (id est balano myrefica) moschatum, quod Furnerius retraban uel retrahan uocat, pretiosissimi odoris. E fructibus ben (qui Genuæ satis copiose reperiuntur, eodem ferè pretio quo amygdalæ) exprimes oleum ut ex amygdalis, fines quiescere, & impones moschi satis bonam copiam: & sic in uase uitreo bene obstru-

Et immittes in caccabum ut aliquan-
diu bulliat, deinde oleum per destilla-
tionem excipies, quod suauissimum et
odoratissimum erit.

Olea quædam ex seminibus, quæ repe-
ri in libro de aquis Raymun-
di Lullij.

Hęc olea separatim cōscribere uolui.
quòd dubitem an author per destillati-
onem ea fieri uoluerit, aut simpliciter
per expressionem. in singulis quidem
hęc uerba adijcit, & extrahatur oleum
ad modum laicorum, quibus innuere
uidetur, simpliciter per expressionem
seminum in torculari, ut uulgus face-
re solet, colligendum esse oleum, præ-
sertim cū ab ijsdem in Sole siccatis ex-
trahi uelit. Non dubium est tamen
quin eadem ritè destillata longè effica-
ciora essent: sed ad destillandum oportet
liquorem in quo semina trita ma-
cerantur cum eis relinqui, & putrifi-
cationem

cationem præcedere, &c.

Semina sponsæ Solis macera in lacte muliebri quadraginta diebus, & deinde fac oleum ad usum (modum) laicorú: Vide supra inter liquores cosmeticos.

Oleum ex seminibus rutæ. Rutæ semina trita misce cum auro foliato, & pone in aceto per diem unum. Deinde leuiter ad Solem desicca, & extrahe oleum ad modum laicorum. Id pretiosum est, & uenenis resistit, ita ut uomitu reddantur: quòd si quis secundo inde biberit, reliqui etiam humores ab eo infecti eijcientur: si tertio, curabitur perfectè, intra tres uel quatuor dies.

Omnem dolorem oculorum curat ex quacunq; causa, dummodo pupilla illæsa sit: si oculi bis die hoc oleo lauentur, & gutta una in oculum infundatur. curabitur enim oculus intra tres uel quatuor dies. Si à ieiuno bibatur, non sinet uenenum appropinquare ad hominem illo die. Quòd si quis etiam

Oleū de feminibus pimpinellæ. Pone femina in uino rubeo per aliquot dies, desicca, tere, & fac oleum ad modū laicorum. Potum hoc oleum à ieiuno arenam, & quemuis calculum uesicæ, etiā consummatum, ex quacunq; materia dissoluit, frangit, expellit. Aggrauata hominis membra alleuiat, Hæc ille.

De oleo ex baccis iuniperi destillando, primū per ascensum, deinde p descensum, ut ex amicis accepi.

R. Sextarium uel modium plenum baccis iuniperi, contusas biduo macera in aqua fontana. deinde pone baccas illas unà cum aqua in qua maceratae sunt in cucurbitam aut uesicam, ut uocant, ex cupro, quam replebis ita ut uacua remaneat mensura duorum aut trium digitorum. Tum igne subiecto mediocri destillabis per omnia tanquā aquam ardentem, hoc est per fistulam siue cannam quæ transeat per uas aqua

frigida plenum. Redditur autem aqua copiosa, ita ut uas recipiens unum non sufficiat. Tandem oleum sequitur, quod permittendum est in aquam defluere, cui innatabit. separabis autem uase, in quo est, augusti colli inuerso, ita ut aqua permittat effluere, donec modicum adhuc supersit. quod deinde oleo in aliud uas transfuso separabitur. Reddit autem baccarum sextarius, ut in Alsatia uocant, olei circiter quatuor uncias. Alij ut oleum ab aqua separant, imponunt in calicem uitreum cui pes sit ademptus arte per filum ferreum candens, aut casu, ita ut exiguum in imo foramen relinquat. transit enim aqua, & cum ad oleum peruentum est obturatur foramen, & effunditur oleum in uas ubi seruari debet. Sunt qui similiter destillantes, materiam in destillatorio saepe moueant, ne aduratur. Et similiter aiunt aromata trita, ut caryophyllos et cinnamomum, recte destillari. Aliqui, ut audio, in retorto destillant, non uitreo, sed ex cupro, stanno interius obducto,

obducto, quod inferat in cannã ex cupro oblongam, ut pro aqua ardẽte fit.

Alius eiusdem apparatus per descensum, ab amico quodam qui ipse parauit tanquam res secreta nobis communicatus. Baccas iuniperi bene maturas & siccas per autumnum uel sub autumnum, inter duos, ut in fastis assignantur, sacros diuæ Virgini dies, colligito ante meridiem, octaua uel nona hora, in magna copia, quæ circiter duos saccos impleat, tempore sereno. Deinde bene contusas in cilicio, quo pistores utuntur, pones, non nimis multas una uice, & sub prælo exprimes, atque sic per diem & noctem relinques sub prælo, ut succus aquosus interim destillet. Hunc per se repones in uase aliquo, ut utaris eo tũ ad remedia quædam intra corpus, tum extra ad pungendas partes, (cum aliquo unguento & aqua uitæ,) præsertim arthriticas. Facile aut conferuatur, neque facile corrumpit hic succus, & suauis & efficax est. Aliqui humorẽ

aquosum nō sub prælo eximunt, sed in communi fornace (balneo M.) separant. Reliquam materiam bene siccatam tritamq̃, pone in cucurbita quatuor mensurarū capace, nō prorsus tamen implebis. In ea luto sapientiæ, ne quid expiret occlusa, putrificabis materiā p̃ dies circiter uiginti octo ī fimo equino: aut si hyems sit, in Germania, iuxta fornacē. Ad putrifactionē quidē in fimo equino scrobē fieri oportet duos pedes altā, & fimū ac calcē alternis imponi. asperges autē aquā calidā quotidie aut altero quoq̃ die. Tandē cū satis putrificata, & mediocriter liquida apparebit materia, destillabis. Vas recipiens eiusdē ferè magnitudinis esto, & imponat̃ circulo stramineo. Vtrūq̃ aut̃ uitreū, & filo candēte ferreo sectū esse debet. Ea inter se cōmittes mediante lamina ex metallo, potissimū argēto, frequētib. foraminib. p̃uia, q̃ non sint maiora q̃ si acu cōmuni pertusa essent. Huius laminæ circuferētia supra infraq̃ eminerere

nere seu limbū habere debet, ut uasa in limbos illos immittant. Primū igit̄ uas superius in quo materia est, cū lamina cōmittes & luto firmabis: (& foramen quoq; fundi circunquaq; luto explebis.) deinde partē illā uasis per foramē medię fornacis demittes tantū, ut inferius quoq; uas. i. recipiens, inter limbū laminæ inferiorē inferi ac luto muniri possit. Lutū subactū esse debet cū aqua falsa & tomento: hoc aliqui lutum sapientiæ uocāt. Fornacis ratio hæc est. in medio cōstrui fundum debet cū foramine, ut diximus. Supra hoc fundum circa cucurbitam arena ponitur, ferè usq; ad tertiam cucurbitæ partē. supra arenam uero pruna, plus quā tertia parte cucurbitæ, nec opus est remoueri cinerem. reliqua pars cucurbitæ, quarta fortassis, aut paulò minus q̄ tertia, uacua & libera emineat. Quod si metueris, ne forte cucurbita superior non satis uim ignis ferre possit, luto eam loricabis, ea saltem parte, qua pruna circū-

ponetur. sed si ignis paulatim, nec subito augeatur, non opus erit hac incrustatione. Fundum in medio fornace ex lateribus construatur, qui ferramentis oblongis imponentur. quâ autem foramen orbiculare relinqui debet, lateres in orbem excisos esse oportet. Sic instructa fornace, destilla: & effluet primû liquor aquosus, in quo ut primum olei gutta apparuerit, uas recipiens mutabis: & primum illum liquorem per se seruabis. Hoc sanè oleum per descensum in uase uitreo extractum, minus adustionis uitio affici posse mihi uidet. Hactenus etsi satis clarè rem mihi, ut dictauit amicus, descripsisse uideo: adijciam tamen figuram aliquam, ut quàm clarissimè possum rem ob oculos ponam.

A. cucurbita continens grana.


B. pruna.

C. arena.

D. lamina foraminulenta.

E. fundus super quo arena iacet.

F. cucur-



F. cucurbita excipiēs.
G. circulus stramine⁹
cui recipiēs imponit̄.

Oleū ex pineis nu-
cleis ad erugandā mu-
lierū cutē destillatio-
ne per descensum fit,
ut oleum è ligno iuni-
peri, Syluius.

De oleis ex gūmis, la-
chrymis seu liquo-
ribus densatis,
& resinis.

Oleum de myrrha. Vide supra in-
ter aquas odoratas Furnerij, ubi unam
descripsimus quæ fit cum myrrhæ par-
te una, & rosarum succi parte dimidia,
longè odoratissima.

Liquores natura densati & quæ gum-
mi uocant̄, calidi & sicci temperamēti,
ut præparent̄ ad destillationē, contrita
in uase diligenter obstructo (poterit &
uinū, ni fallor, modicè aspergi) loco fri-
gido et humido infodiēda sunt, p̄fundè

ad hominis staturam sine ulla materiae calidae additione, & satis longo tempore relinquenda: citius tamen resoluetur si vitellos ouorum ad duritiem coctos addideris. Sic resoluta gummi oleum reddunt turbidum, quod in retorto (ut uocant) destillatum clarius fiet ac purius. Nam omnia gummi, et caphura quoque, cum pinguem liquorem album contineant, qui per destillationem eis detrahitur, facile ignis iniuriam & adustionis uitium sentiunt: ut licet in uasis admodum humilibus destillentur, liquor tamen emanet faeculentus, crassus, adustus, & odoris ingrati, cuius usus ne extra quidem corpus placeret, nedum intra: uiribus quoque non iisdem. Sic resolutam materiam colabis per pannum laneum aut expilis contextum, ut quicquid inest terrestre, arenae & quisquiliarum separetur. Deinde quod colatum est denuo quot uolueris diebus in loco mediocriter calido relique, postremo destilla. Sunt autem olea huiusmodi
maximè

maximè subtilia & efficacia, (cum ipsa natura prius præcipuas stirpium facultates, illarum quæ gummi aut lachrymas fundunt, in eis quasi collegerit,) Hæc ferè Ryffius libro primo de destillatione.

Idem Ryffius in eiusdem operis tractatu de oleis nullã peculiarem ex gummi extrahendi olei rationem præscribit: sed ad librum primum remittit. Singillatim autem describit vires oleorũ ex Ammoniaco, Belzoo, Camphora, Caryophyllis, Euphorbio, Galbano, Ladano, Myrrha, Opopanace, Sarcocolla, Sagapeno, Styrace liquido & calamita. In solo de Mastiche oleo, tritam mastichen cum uetere uino resolui (& digeri) iubet, deinde destillari. Et gummi Iuniperi similiter in uino resolui ac macerari, propter substantiæ eius siccitatem: postea destillari.

Oleum belzoi. Libram belzoi aut amplius crassiusculè contusam, aqua ardète rigabis: et in retorto, supposito

exibit oleum tenue & clarum, secundò aurei coloris, ultimò fuscū & crassum. horum unumquodq; per se auferto & reponito. Valerius Cordus. Plura de oleo terebinthinæ eiusq; apparatu & uiribus Ryffius scribit, quæ nos breuitatis causa omittimus. Hoc imprimis cauendum, ne dum destillatur, ebulliat, ut in melle quoq; facile enim turgēt & inflantur liquores isti calefacti quamobrem ignis primo perquam leuis fieri debet, ac paulatim augeri: & alembicum, ut artis est, refrigerari. Sūt qui lateres crassiusculè tritos addant, aut filices albos, aut arenam lotam resiccatamq;, aut hederæ folia & modicum uitri crassiusculè contusi, (huiusmodi quædã etiam melli destillãdo addunt,) ut ebullitione istã prohibeãt. Ego laterū filicūmue frustula minima oleo uetere, aut aliquo medicato perfusa adderem, ut in oleo Benedicto: ut eadem opera & ebullitio impediretur, & uirtus olei aueretur. Mecum ferè

facit sequens descriptio, quam in libro quodam manuscripto reperi. R. Arenã puram, uel filices albos paruos claros, & pone super ignem in uase donec can descant, deinde extingue eos in terebinthina, ut bene imbibant. & arenam illam extinctam destilla in alembico.

Oleum terebinthinę aliqui ad lithiasin cõmendant. Itẽ illa, Terebinthinũ oleũ è terebinthinæ libra, laterum antiquorum, (uel ut Albuçasis, recentium, quia plus olei combibant,) uncia, & mastiches & styracis, utriusq; uncia. Lateres igniti extinguitur oleo: extincti tritiq; cæteris comiscentur in alembico uitreo. Tres liquores effluunt, quorũ tertius est optimus. Iac. Hollerius inter olea anodyna ad dolores frigidos. ¶ Aliter ex libro manuscripto. In cucurbita semiplena terebinthinæ, pone uitri triti manipulũ, & spõgias duas quantitatis digitorũ (deest numerus:) & pone secũdũ artẽ alchymistarũ tam circa ignem, quàm circa cucurbitas (uidetur legendum,

dum. & pone secund. art. alch. ignē circa cucurbitam.) & fiat ignis per xxiiiij. horas. Perfecta prima destillatione, iterum destillato, renouādo uitrū, cucurbitā & spongiās. Ad cicatrices delendas, uel potius remittendas et emolliēdas, terebinthinum oleum summè proficit, his demptis quas uarioli reliquēre. Nam qui ad uariolorum quoq; stigmata hoc oleum commendant, decipiuntur, Brasauolus.

Oleum ex tartaro sublimatum.

Tartarum (contritum) pone in uase (cucurbita uitrea luto inducta, aut fictili) & imposito alēbico uitreo destilla. Effluet aut primò aqua, deinde oleum, quod seorsim excipies igne paulatim aucto donec fluere desinat, Codex Germanicus manuscriptus. Empirici quidam spiritum siue quintam essentiā tartari aduersus apostemata interna, & morbum regium commendant.

Olea de corticibus.

Oleum cinnamomi fit, ut supra ex Cardano docuim⁹, quomodo olea extrahant^r ex lignis & similibus, ut caryophyllis, depictis etiã instrumētis. Vel ut ex Ryffio scripsimus de oleis ex omni genere aromatu^m extrahēdis. Cinnamomum circiter dies octo in aqua ardente sexies destillata macerari, tũ destillari potest, ut ex amico audiui. ¶ Huc adscribã aquæ etiã, ut uocant, cinnamomi parandę rationē: nã in huius etiã destillatione oleũ tandē sequit^r, quanq̃ paucũ & propter adustionis uitiũ intra corpus inutile. aqua uerò nobilissima utilissimaq̃ est, cuius descriptionē nuperrimè amicus quidã ad me trãsmisit, huiusmodi. Fornax et instrumēta omnino eiusmodi esse oportet, qualia pro aqua ardēte habent, cãna p̃ uas aqua frigida plenũ transeunte, (quæ, nisi fallor, melior erit, si bene longa sit, nempe ad longitudinē quinq̃ pedũ Rom. quantã se uidisse aut etiã longiorem in huius aquæ

aquæ destillatione alius quidã nobis re-
tulit. sed forte minus lôga opus est, cū
nô magna aquæ copia destillatur.) Pos-
set etiã destillari in cucurbita uitrea lu-
to incrustata, ut aqua fortis, eo modo
fortassis melior futura. Cinnamomi o-
ptimi triti, non cribrati libram, pone in
fundo uasis destillatorij cautè, ne pul-
uis dissipetur aut lateribus adhæreat.
& mox sesquimensurã aquę recentis af-
fundes, et opculo imposito, et uase reci-
piente subiecto, ignè ex carbonib. par-
uum facies. Quæ prima effluit aqua
crassiuscula est ferè instar olei. curan-
dum autem diligenter ut cum primum
color se mutauerit, uas recipiēs quoq;
mutetur. Fluit autem aqua secunda al-
bidior: tum rursus mutatur, alio quoq;
uase excipienda, & sic deinceps donec
fæces emanent. Quartæ mutationis a-
qua clarissima est: quę cū flauescere cœ-
perit, illico auferèdum est operculú cū
canna, quòd res iam perfectã sit, & o-
mnis cinnamomi uirtus extracta. Hoc

totū tribus aut quatuor horis fieri potest. Sed oportet huic destillationi duos homines adesse, quorum alter diligenter obseruet liquorū mutationem, & ignem curet ne maior sit iusto, néue liquor effluens nimis acceleret. Alter curabit ut uas aquæ frigidæ per quod aliquota pars cannæ transit, rectè habeat, & ne canna nimium incalescat, quare subinde mutata aqua frigidiorè è uase aliquo proximo infundet, & lintea madida ex aqua frigida cannæ circumponet, & operculo similiter si nimis caleat. Plurimū. n. istarum partium refrigeratio refert, ut & copiosior liquor & melior fluat. Hanc aquam cinnamomi ipse uidi gustauicq; per gratam & suauem odore ac sapore. Erat autem liquor acris quem uidi, lacteo ferè & turbido calore: cui ruffæ aliquot olei guttæ innatabāt, quæ insuauiores erant quam aqua & adustionem olebant. Idè ferè Cardanus scribit in genere, de liquoribus ex odoratis lignosis, ut caryophyl-

ryophyllis, &c. Vires hic liquor egregiè reficit: reliquas eius facultates Ryffius describit. sed ex ipsa cinnamomi natura cuius constare possunt.

Eodem modo paratur etiam oleum de cortice nucis moschatæ quem macis uocant, ipsum quoq; à Ryffio descriptum.

Oleum mirifice odoratum, quo chi rothecæ & alia quædam inunguntur, ex Furnerio. Mense Maio accipies corticum arboris almõ (sic legi inquit Furnerius in libro à quo transcripsit, dubitat autem ulmum ne potius an limonè citri genus intelligi oporteat) secundorum partes tres, & eiusdem arboris florum partes pinguiores, (les espis de la fleur qui sont grasses,) æquale pondus. Exiccato in umbra. Præfertur autè hæc arbor si locis nõ aquosis nascatur. His addes tertiam partem baccarum iuniperi recentiu, & destillabis per descensum, paruo igne primum, deinde magis magisq; augendo donec oleum omne

descenderit in receptorium uas quod uitreum & luto obseptum esse debet. Postea in solabis, orificio uasis operto aliquandiu, aut membrana foraminibus aliquot pertusa, clauso, donec adustionis odor exhalet. Sunt qui gratiæ odoris augendæ causa adijciant belzoum, spicam nardi, agallochum, scobem cypressi, styracem, ambram, moschum & pariter omnia destillent, secundò etiam repetita destillatione.

De oleis quæ extrahuntur
ex lignis.

Olea de lignis omnia per descensum ut uocant, destillantur. De oleo quidem ex ligno iuniperi parando, supra docuimus ex Vlstadio, ubi de oleorum destillatione per descensum in genere tractauimus. Qui plura cupit, præfertim quod ad uires, requirat ex libro Germanico Ryffij. qui eodè planè modo etiam de GVAIACO oleū elici scribit:

nec

nec non ex ROSMARINI ligno. Adscribam hîc quod in libro quodam Germanico reperi : Lignum iuniperi pro oleo inde parando, scindi debet initio Majj, uel autumnî, quod uiride seu recens sit, cortice rubente. Decorticatum diligenter sicabis in furno statim ab extractis panibus. deinde securi dissectum in ollam impones cui fundum sit foraminulentum, & in ollam subiectam aptè inferatur. Ollam superiorè replebis segmentis è ligno iuniperi, & etiã populi illius quam tremulã uocãt, cum parte lapidum alborum è quibus calx parãt. deinde cū operculũ diligenter luto muniueris, inferes inferiori, & ignem circunquaq; excitabis. Hoc oleum etiã solo iuniperi ligno paratũ, ferè extra corpus tantum adhibetur. nã ualde uehemens est, & adustionem admodum resipit. Inquinat tamen cutim ut non facile abluatur. Ego uim eius aduersus scabiem & impetigines egregiam esse noui. Idem aduersus pe-

foraminib. multis in cribri triticei modū pertusam, ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti uasis, tum alterius minoris etiam uitrati oleum excepturi: quod terræ ubi infoderis, igne luculento maius alterum iuniperi frustula capiens, circunda horis duabus. sic oleum in uas minus destillabit, Hæc Mesues interprete Syluio. Ibidem Syluius in commētarijs, Hac arte (inquit) oleum fit ex pineis nucleis ad erugandam mulierum cutem, ex ligno Guaiaici, & potentius ex ligno sancto ad morbi Hispanici dolores ac ulcera) quibus & oleū iuniperi, & GENISTAE ET FRAXINI, & similium prodest, (& lignis alijs, præsertim pinguibus ac succulentis, ut fructibus, baccis, seminibus. Vas autem maius esse possit metallicū, aut si uitreum est, uel siliceum, probe totū luto sapientum muniatur: figulinū autem, quia rarum est, oleo foras exhalanti uiam daret: ob id uitratum sit intus. Infernum autem uas ac receptorium

uitreum esse potest, ambitu non lutatū modò sit paulò crassius, potest & metallicū. potest deniq; terreū esse, modò sit uitratum: alioqui oleum id tenuissimum hàc illàc per uasis poros diffluet. multò minus, fouea intra terram parietes terra figulari paratos habète (quòd Mes. imperabat) recipi tutò id oleum possit. Adde q; neq; minus uas terræ infodere est necesse, si uelut area aliqua possis carbones & ligna sustinere, quibus uas maius est circundandum, Hæc Syluius.

Oleum FRAXININVM splenicos iuuat, præter id potest quæ oleū iuniperi, & eodem fit modo, Mesues. Vbi rursum, Syluius, Id oleum hypochondrio sinistro illitum, & potū, splenis obstructions potenter liberat, duritiãq; emollit ac digerit. Hoc oleum (inquit Rogerius) arthritidem frigidam reprimat, excoriatis cicatricẽ inducit: morphæam albam soluit, & denigrat eam.

Io. Manardus in epistolis 16. 4. cõsulens

lens ualetudini cardinalis Campegiij ar
 icularij: Laudo (inquit) & modum &
 usum spumæ decocti LIGNI SANCTI
 seu Indici ad loca dolétia. Efficacius ta
 men esse puto, oleum ex eodem ligno
 modo quem chymistæ per descensoriũ
 vocant, destillatum, inunctis uidelicet
 ex eo locis dolentibus & tumidis. So
 len etiam ex ramentis ligni crudi, in no
 biliq; aliquo uino decoctis, addito an
 tiquo oleo, linimentũ parare, quod do
 lentibus locis utiliter illinitur.

R. Lignũ tesseratim cõcisum, hoc im
 ple nouũ uas fictile, quod opculo testa
 ceo pũctim ptuso obturet. id diligéter
 litatũ excipiat altera testa uacua in ter
 ra defossa ad os usq; superiori desup incũ
 bente luto cõglutinata, p opculũ flam
 marũ ui circũcirca æstuãte. in uacuum
 quatuor aut quĩq; horarũ spatio deflu
 et oleũ. Vbi deferbuerit, aperi & offen
 des oleũ aquæ innatås: quo si papulas,
 exulcerationes, tubera cõpagum et ner
 uorũ dolorib. inũxeris, iuuamentũ non

modicum præstabis. Aqua etiam illa bibitur mane & sero, per se uel cum Syrupo sequete, &c. Andreas Mattheolus in libro de morbo Gallico.

Potest etiam, ut ex amico audiui, destillari guaiacum eo modo quo aqua fortis: optimè quidem in fictili uase uitrato quod igni resistat, qualia Haganoæ præsertim faciunt. Hoc oleû prodest articulorum uitijs ex Gallico morbo, si cum optima aqua ardente inungatur. ¶ Oleum ex ligno Guaiaco, & potentius ex ligno sancto, ad morbi Hispanici dolores ac ulcera prodest, Syluius. Empiricus quidam aliquando mihi retulit, non abijciendum esse hoc lignum quamuis bis aut ter decoctum. nam sic quoq; adhuc oleum optimum ex eo destillari.

Accipe ligna sicca hederæ, & grana & gummi si poteris habere. Frustatim concisa ponantur in uas terreum perforatum in fundo duob. uel tribus locis: & tunc supponatur alia olla. Ponantur
in

in terra, & coniungatur fundum superioris cum orificio inferioris, cum argilla uel pasta. & olla superior tota emineat super terram. Demum excitato igne circūquaq̃, destillabit oleum nigrum in uas inferius. Hoc oleum præ omnibus oleis sanat arthritidem ex causa frigida, Rogerius.

Olei capnistii hoc est infumati apparatus, quoniam per descensum fit, similiter ut de lignis oleū, hoc loco adscripsi ex Aetij lib. primo, ubi de oleis agit: unde Nicolaus Alexandrinus etiā mutuatus est in tractatu de oleis. Unguium aromaticorum nigrescentium (melánon, Fuchsius Nicolai interpret legit megálon, id est magnorum,) thuris masculi, styracis optimi, bdellij puri, costi, singulorum drachmas quinque, (sing. uncias duas semis, Nicola⁹, quod magis placet.) Olei dulcis optimi sextarios quinque, (sextarios duos semis, Nicolaus. Hypni quod satis est. Costo in crassiusculas partes dissecto, atq̃ itidē

styrace & bdellio, simul commixta in uas fictile (nouum, Nicol. sine ansulis conijcies. cuius orificium hypno obturabis, exteriusq; aspalathi furculis, aut quapiam re odorata, aptè circummunibus, ne quid è fictili excidat. Inde uas aliud fictile sine ansulis quærito, collo procero, quod orificium habeat alterius uasis aromata continentis orificio aptè conueniens, in quod conijcies olei dulcis sextarios quinçq;. Postea effosso solo fictile oleum continens usque ad collum obrues, ne futuro igne incandescat: inde alterum aromatum uas in caput resupinabis, & ita utriusq; orificia coaptabis, ut exquisitissimè cohæreant. Deinde uas totum luto circumlines, undecunque qua parte orificia cõglutinantur, mox circa fictile subiectis carbonibus ignè uentilâdo accendes. Quo accenso finito aromata tabefieri, ut sensim ignita per fictilis osculum in subiectû oleum euaporent: Cuius rei causa capniston,
id

id est infumatum uocatur. Postridie oleum amoueto, & in uitreo uase reponito. Utunt hoc mulieres, quibus menses detinentur, inum uentrem ac lumbos eo inungentes. Conuenit etiam his quæ à puerperio malè (nimis parum) purgantur, similiter illitum. Præterea utile est ad thoracem refrigeratum, medeturq; tenesmo, si exceptum lana (calida, ut addit Nicol.) complicata imo uentri & lumbis apponatur. Idem uidetur capnelæum dictum: sed Kirianidum author naphtham interpretatur, libro quarto in Echeneidis mentione.

Vidi & ex papyro in cuculli formam conuoluta, accensaque supra discum stanneum, summa eius extremitate per forficem retenta, olei nigricantis guttas aliquot defluere, quæ ad oculorum maculas siue albugines laudantur.

DE BALSAMO VERO, ET

antibalsamis, id est arte compositis oleis,

quæ veriloco usurpantur, tum in-

tra tum extra corpus.

BAlsamum uox est in omnibus prope linguis usitata, Syriaca proculdubio. nam in sola Syria & uno duntaxat horto olim nascebatur. Panag Hebraicam uocem Ezechielis 27. Dauid Kimhi post nonnullos interpretatur locum proprium Iudææ: alij apharsamó, id est balsamum. Iudæi recentiores palfamon scribunt, Græci balsamon, Pausanias palfamon, Nicander blasamon propter carmē. Opopobalsamon liquor est: carpobalsamon, semen, quod & casamum aliqui uocant, & ipso liquore odoratus prædicant: xylobalsamon, rami seu ligna. Cogitauit ego aliquando balsamum ab excellentia dictum esse, quod pretiosissimū nobilissimumque inter aromata esset. nā baal dominum & magistrum significat Hebræis, sam uerò

uerò aroma. Balsamó, aromaticus flos, Varinus. Et sanè decet, ut res ipsa Syriæ propria est, ita nominis eius etymologiam ex eadem lingua peti. Forfan & belsuin, (alij beniuin, alij belzoum scribūt,) suauissimi odoris liquor eandem sui nominis originem habet. Non autē iam solum Hebræis, sed & bossem aroma significat. unde Germani moschum uideri possunt appellasse *bisem*.

Balsamum nostra ætate quidam interijffe existimant. aureo colore succus ille erat, uulnera sanabat, & rugas tollebat, & mortuorum faciem à corruptione uindicabat, lapidemq; renum comminuebat: delebat oculorum maculas uenenis resistens, maximè aconito, & rigoribus febrium ipsarum, atq; in his omnibus uires balsami excelebāt. Nūc uerò ex Hispaniola genus aliud balsami defertur, colore rubro ad nigrum tēdente, ponderosum, olens exustū quidam, & illicò caput ferit, linguam etiā acrius sed ferius, ut piper: Vulnera &

ipsum recentia celerrimè, si quid aliud sanat: & rugas tollit. Crediderim si non certè ad omnia, ad plurima saltem id olei genus esse efficax, ad quæ & balsamum uerum. Arbos quæ oleum istud parit goacomax, Punicæ forma & magnitudine fermè similis: sed tamen folio paulò maiore tenuioreq; cortice quasi arido, ligno quod ardet ut tæda: fructu ut uuarum racemi, rarioribus tamen & paulo maioribus acinis, uinosi coloris. qui cum surculis aquæ diu incocti, id olei genus reddû, Cardanus.

Sunt è mercatoribus qui adserunt hortos balsami interijisse, ex quo tempore Zelimus Turca, præcessor Solymani occupauit Chayrum, quû Turcæ cultoribus hortorum iugulatis, nõ statim surrogassent alios, anno à nato Christo 1516, Porrò repositum aiunt non contemnendæ magnitudinis balsamum multis milibus ducatorû conferendum apud celeberrimum uirum
 sæculi

ſæculi noſtri Lucullum alterum D. Antonium Fuggerum, Ioan. Agricola in commentarijs in Galenum de locis affectis 4.9.

Antibalsama. Balsami ueri notas aliquot Dioscorides præſcribit. In medicamentorum quæ inuicem ſubſtiti poſſunt catalogo, qui cum Galeni operibus, & in fine etiam librorum Aeginetæ habetur, legimus, Pro balsami liquore ſtillatitiâ myrrha, hoc eſt myrrha liquida quæ ſtaçte dicitur. Ibi dem habetur, Pro opobalsamo liquor myrti. ſed rectius legendum uidetur, liquor myrrhæ. Auicenna libro 2. capite de oleo, Loco balsami (inquit) ponitur myrrha liquida: aut equale pondus olei aded hij, ſeu aldadi, uel dadi, ut Bellunensis tranſtulit. Rasis in calce Antidotarij ſeparati, in oleo Benedicto ſiue de lateribus: Valet (inquit) ſicut oleum balsami: ſed eſt ſubtilius, & calidius & maioris utilitatis in affectibus frigidis, Monachi in Meſuen.

Et paulò post, In tractatu quid pro quo
 qui imprimitur cù libris filij Mesuæ, le-
 gitur, Pro balsamo, terebinthina de-
 stillata uel oleum laurinum, uel gum-
 mi hederæ ponitur. Cæterum quid sit
 dari nō facile dixerim. describitur au-
 tem ab Auicenna capite 213. Bellunen-
 sis quid sit nec illic, nec in Glossis inter-
 pretatur. Granum est (inquit Auicen-
 na) simile hordeo, longius, strictius, so-
 lidius, amarum. frigidum est, ad calidi-
 tatem declinans, & siccum in secundo.
 astringit uentrem. uenenis resistit. dolo-
 ribus ani & hæmorrhoidibus prodest.
 Durities resoluit, &c. Ego cisthum siue
 Iadanum esse conijcio. nam id quoque
 frigidum est, ita modicè ut tepidam ca-
 liditatem habeat, secūdum Galenum:
 astringit, aluum sistit, item siccatur in se-
 cundo gradu. calidius autem est quod
 in calidioribus locis nascitur: idēque
 mollit mediocriter & dissoluit & con-
 coquit. Iam in antiballomenis Græcis
 legimus propolis loco tragopogona,
 id

id est ladanum poni: & Auicenna, In resolutione (inquit) duritierum, ponuntur duæ tercię ponderis ipsius de kur, id est propoli, & medietas pöderis ipsius de abhel. Dioscorides anodynis medicamentis misceri ait ladanum, Auicenna ani doloribus & hæmorrhoidibus prodesse. Iam quòd auicenna habet dadi hordeo simile esse, sed longius, strictius, &c. planè suspicor corruptum esse ex Dioscoride, qui ladon (id est fruticem ladani) cistho similem facit, longioribus tantum nigrioribusq; folijs. Postremo ipsa nomina ladon & dadi non malè colludunt. ¶ Oleum ex floribus rosmarini factum (eo modo, ut ex floribus uerbasci fit,) uicem balsami gerit, & gutta eius in aquam immissa similiter subsidit, Arnoldus de Villa noua. Balsami ueri inter cæteras notas hanc quoq; ponunt, lac ab eo coagulari: ego cum experiri uellè an idem fieret à balsamo artificiali ex terebinthina & gummis calidis composito, non coagulari,

sed neq; scindi ab ipso animaduertit. Vulgus apud nos oleum de spica destillatum, simpliciter balsamum nominat, propter excellentē nimirū odoris suauitatem. Sunt qui & alia quædam odorifera balsami nomine appellent, aut etiam uiribus proximè accedere putent, ut Ryffius oleum de caryophyllis. In antiballomenis Græcis legitur pro xylobalsamo substitui posse radices albarū uiolarū. Antiballomena uero cū Me sue operib. olim impressa, sic habēt, Pro xylobalsamo, lignū hederæ uel leucoradix. Pro carpobalsamo, fructus hederæ uel xylobalsamū æquali pōdere. Eadē: & pro ipso balsamo, gummi hederæ. Sed forsan in omnibus istis errauerit interpretres, cum nullus scriptor hederam ullo modo cum balsamo compararit. itaq; cogitauit uel interpretem qui ex Arabico transtulit lapsum esse, uel potius ipsos Arabes cisson, id est hederam & cisthum confundendo. ladanum enim cisthi succus est; quem Auicenna
 pro

pro balsamo substituit.

In Antiballomenis Galeno adscriptis hæc etiã reperio, Pro liquore balsami, liquor carpasi; & Pro liquore carpasi, liquor myrti: &, Pro liquore salicis, liquor hederæ nigræ. quæ Arabes quibusdam omisis aut mutatis in sua transtulerunt, ut cõijcio. Est & cassia quædam balsamodes ab odore dicta. Symbriũ genus syluestris mentæ, aquaticum & plerunq; rubens, recentiores multi balsamitam uocitant. Alia est balsamina ut Ligures Padani uocant, Hetrusci Hierosolymitanum pomum, folijs uitis albæ, flore cucumeris, fructu utrinq; turbinato cucumeris pusilli similitudine, &c. Pomum maturitate dissilit, inanitasq; con fracto patet, semina int^o aliquot leticulæ figura cõtines, ruberrima, ex quibus oleũ exprimit ad uulnera præcipuũ. Aliqui pomum oleo prius imbutũ aliquot dies insolât, deinde uel fimo uel terra tantisper obruunt dũ prorsus intabuerit. Sic balsami uires

glutinandis uulneribus adsciscere pollicentur, inde tactum balsaminæ uocabulum, Ruellius ex Hermolao .Brasauolus hoc oleum de cochijis uocat, & herbam, quæ fructus illos in theca echinata gerit. cochiam aut momordicam. Oleum (inquit) uarijs modis paratur, & per infusionem, & sub terra per multos annos defossum, & per cocturam: fitq; ex echino, folijs seorsum, & seminibus. Quod sub terra cõditur, hæmorrhoidum doloribus succurrit. In genere, id oleum omnes dolores sedat. Qui plures & planè mirabiles effectus huius olei & herbæ scire desiderat, legat Matthæoli Senensis in Dioscoridè cõmentarios lib. 4. cap. 184. tot quidem & tantos, ut si ueri sint, balsamũ ipsum præ eis contemni possit.

Balsamelæon, id est oleum balsami, plantæ cubitalis, aut bicubitalis, rutæ agrestis similis: cortice cuius partem orientem spectante scarificato & uulnerato lachrymæ pingues destillāt, ipsius scilicet

scilicet balsami pinguedo. Alij plantæ huius furculos uere ineunte in pila terunt, in aqua coquunt, torculari exprimunt, oleumq; balsami uocant. Sunt qui furculos tritos in oleo ueteri dies quadraginta insolant, in uase duplici coquunt, exprimunt, furculos novos tritos immittunt, secundo et tertio colant & recondunt, Mesue interprete Syluio. Vbi Syluius etiã in Scholijs: Oleo uetere (inquit) die uno maceretur xylobalsamum & carpobalsamum recentissima. post arte chymistarum oleum extrahatur, fuerit non ignobile. uel xylobalsamum recens in oleo ueteri diebus quadraginta insoletur, uase duplici coquatur. Vires huius olei ab omnibus tam laudati à Mesue taceri mirum est. calfacit enim, humectat, tenuat, digerit, terget, glutinat. Glutinandi hæc facultas ueteribus indicta, facit ipsum hodie pretiosum. Opobalsamum rarissimum, & ob id pretiosissimum. Quapropter Petrus de Abano, Guilielmus

Placentinus, Bartolemæus Montagna-
na, oleū balsami composuerūt, uiribus
uero balsamo nihil cessurum. Alij folia
& semen & lignum huius plantæ oleo
insolant dies quadraginta, exprimunt,
& seruant. sed uiribus opobalsamo id
multò est inferius, Hæc Syluius.

Aegiptij factitium opobalsami ge-
nus faciunt ex cortice recenti odoratif-
simo, amygdalino oleo subferuefacien-
tes, singularis odoris cum recens misce-
tur, Alexan. Benedictus.

Excitat subitò comitialiter humi pro-
stratos, oleum quod balsaminum uul-
gus uocat, naribus subditum olfacien-
dum, Idem. Videtur autem oleū de spi-
ca destillatum intelligere. id enim mul-
ti hodie balsamum uocitant.

De balsamis arte compositis.

Balsamis omnib. quod ad facultatē
attinet cōmune propositū esse uidetur
ut uulnera & ulcera glutinent, idq̄ bre-
ui

ui tempore, & mala eorum symptoma-
 ta auertant: ut calfaciant, siccent, et par-
 tibus sint tenuibus. hinc est quòd om-
 nia resinã terebinthinam habent, quæ-
 dam & alias resinas, ut pineam, masti-
 chen. hinc & gummi adduntur, thus, e-
 lemi, gummi hederæ, bdelliũ, sarcocol-
 la, mumia, &c. Alijs odoris gratia adiũ-
 guntur etiam aromata diuersa: unde &
 polychrestotera fiũt, & ad uarios intra
 corp^o quoq; affectus idonea: ut his ma-
 gis etiã, quibus insuper plantæ diuersæ
 earũm partes adijciuntur. Destillant
 pleraq; paucis exceptis, quę extra cor-
 pus tantũ, ut ad uulnera adhibent. De-
 stillant autẽ in cinerib. maximè: omnia
 primũ læto igne, ut quod clarius, tenui-
 us aut aquosius est eliciat, deinde paula-
 tim aucto, ut oleum quod ruffi coloris
 est, excipiat: deinde etiã maiori, ut oleũ
 rubeat et tandẽ ad nigrũ colorẽ uergat.
 Qui in medio effluerit liquor magis
 probat ad usus intra corpus: postrem^o
 calidior, uehementior & ingrator est,

aptior ut forinsecus adhibeat ubi maiore ui opus est: ut primus, ubi exigua. Primus liquor à terebinthina præcipuè reddi uidetur, cuius gratia ne ebulliat laterum aut silicum frustula misceri possunt, & c. ut supra de terebinthina destillanda diximus. Omnia intra corpus sumpta propter terebinthinam & gummi, ructus citant, non unquam molestos, & magis quidè medio & postremo liquore sumptis, Vrinã omnia suo odore imbuunt. Debent omnia intra corpus sumi cum aliquo liquore, uino præcipuè mixta. ita ut ad cochlearium liquoris, gutta olei una aut duæ ad summum addantur. Fæces in fundo relictæ inutiles sunt, nisi quod colophonix loco usurpari poterunt. Destillantem nuper uidi empiricum nescio quod balsami genus in patella cum cineribus supra lateres imposita, ut supra descripsi in mentione destillationis per cineres. cucurbita uitrea tam altè in cineres imposita, ut non supra materiam in ea contentam

tentã ascenderent. Repleta erat ad medium, capax fortè si tota repleta fuisse quatuor librarũ. Occupabat eum hic labor per quatuor aut quinque dies noctesq; non intermisso igne. Separabat autem tantum duos liquores, primum album, qui copiosior erat: deinde rufum, qui tertia parte paucior reddebatur. Lutum quo cucurbita, alembicum & recipiens illinuntur, ne qua perspirent, cum rimas agit, mox iterum illinendum est: itaq; noctes etiam uigilandum, & ne ignis intermittatur. Possunt etiam liquores omnes non mutato recipiente in uas unum excipi, & postea separari, nam posterior priori innatat, tãquam leuior. Hoc oleo ille utebatur, ad plurimos morbos, guttã unam quotidie propinando, & per dies aliquot (ut quatuordecim) interdum continuando. sic ad febres chronicas prodesse dicebat. plerunq; aromatum aliquid, ut zinziberis, et sacchari miscebat cum uino & olei gutta, ut minus manifestũ

esset ægro se olei tantum guttam bibere: aliquãdo nihil misceri uolebat cū uino aliud præter huius olei guttã, præsertim ad emendandum anhelitus foetētis uitium. Aliquãdo ex aqua dabat, aliãs offulæ panis instillabat: aliquãdo phlegmaticis & crassis hominib. cū condimento sinapij & piperis, inde sudare iubēs: sæpe uerò fieri dicebat ut plurimū pituitæ inde euomerent. Cómendabat ad eadē omnia, in quibus theriacæ usus est: & cótra uenena etiã magis. itē ad omnia uulnera, & tumores quosuis præterq̃ hydropicos: ad spasmū, ad dentes purgandos, ad confirmandas gingiuas. aduersus comitialē, & uenena. Linteo inde madido inuolutū serpentē interimiebat. Alterū liquorē, qui rubet, leprosis etiã remediō esse, si nondū in eis obtinisset malū, nec dū anhelosi essēt. Vterq̃ liquor in gustu acrimoniã habebat, resinosi odoris, & fumosi quodam modo, magis uerò posterior. Semunciam diuitibus septē uel octo drachmis uendebat. Oleum

Oleum Gullielmi de Saliceto Placentini, quod in quinto suæ Practicæ, cap. de oleis balsami uicem supplere ait. Carpobalsami, myrrhæ, nucis Indæ, singulorum semuncia. Hyperici drachmę duæ. Omnia crassiusculè cõtrita relinquantur in uncijs quatuor olei ueteris usq; ad menses sex: & destillentur.

Aliud nobili⁹ quod loco balsami ponitur, eiusdẽ. Olei sesquilibra, myrrhæ, xylobalsami, opoponacis, bdellij, aloes, carpobalsami, ammoniaci, serapini, nucis Indæ, hyperici, macis, gũmi Arabici, thuris, tragacanthæ, sing. uncia. Lateris triti, quẽ nunq̃ aqua tetigerit, igniti, et in oleo cõmuni extincti uncię tres Terebinthinæ mundæ & clarę unciæ septem. Trita singula & simul subacta in mortario, destillentur ut aqua rosacea. Prodest hic liquor aduersus calculum, admixtus medicinis contra eundẽ. Durities & cicatrices complanat. Et ponitur ubiuis loco balsami.

Aliud eiusdem nobilius. Myrrhæ,

carpobalsami, nucis Indicæ, sing. semū-
cia. hyperici drachma (aliàs drachmæ
duæ.) Trita crassiusculè misceantur cū
quinq; uncijs olei, & fescuncia terebin-
thinæ. In fine addātur grana quinq; mo-
schi, & tria ambre, & uncia olei de late-
ribus. Et destillentur ut supra. Eadem
quæ balsamum præstat, & ubiq; ei sub-
stitui potest. Hoc & Nic. Stokkerus ex-
cellēs in Germania medicus utebatur,
sed sine terebinthina, si rectè eius descri-
ptionem amicus ad me misit. Relinque-
bat autem in infusione diebus decem
antequam exprimeret. expresso demū
moschum & ambram addebat cum o-
leo de lateribus, nec destillabat puto.
Descriptio superior habet in Luminari
maiore, ut & sequens Montagnanæ.

Balsamum compositum Bartolemei
Montagnanæ ex Antidotarij eius capi-
te primo quod est de unguentis. Tere-
binthinæ libra. Thuris albi uncia quæ-
tuor. baccarum lauri tantūdem. Gum-
mi elemi uncia sex. Mastiches, galangæ,
caryo-

caryophyllorum, cinnamomi, zedoaria, nucis moschatae, cubeborum, ligni aloës bene triti sin. uncia. Omnia simul destillétur, primò lento igne: & primò defluet aqua balsami dicta. Tum aucto igne aliam aquam separatim colliges. Et sic fac tertio. Tunc emanabit balsamum in omni probatione. Erit autem tanto fortius, quanto sæpius destillatum fuerit.

Balsamum Petri Aponensis in additione eius in librum Mesue, in sermone de unctiõibus (ad affectus cordis.) Myrrhæ electæ, aloës hepaticæ, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, serapini, croci, mastiches, gummi Arabici, styracis liquidi, sing. uncia duæ. Ladani electi siue castorei uncia duæ semis. Moschi darchma semis. Terebinthinæ ad pondus singularum rerum. Tere terenda, & omnia mixta cum terebinthina, per alembicũ ingeniose destillabis. est enim hac ars

ficut de aqua rosarum. Hæc Petrus, ut
 Monachi qui in Mesuen scripserunt, ex
 manuscriptis codicibus se descripsisse
 profitentur, multò emendatius quàm
 in excusis codicibus & Luminari maio
 re habeat. Métionem inunctionis spi
 næ (inquit Aponésis) apud ueteres nul
 lam reperimus, forte non quòd illi rem
 adeò utilè & laudabilem ignorauerint,
 sed quòd occultare uoluerint. Est enim e
 gregium hoc auxilium, præseruans sub
 iectum uitæ. Nã principium ossium &
 neruorum, est nucha, & oritur à cere
 bro, &c. Itaque hac inuncta confortabis
 substantiam uelatiam, (nimirum tuni
 cas cerebri,) & substantiam spiritualè,
 & neruos, & ossa uniuersa, subueniens
 etiam paralyfi & omnibus neruorum
 affectibus, itè saltui & tremori cordis,
 & lassitudini manifestæ, & est medica
 men omniũ medicamentorũ in celeri
 cordis confortatione. (Post hæc descri
 ptione adiecta, subdit:) Hoc oleũ balsa
 mo uicinum est: & secundũ hanc uiam
 subti-

subtilissimi sophistarū adulterāt balsamum. est enim inter ceteros modos hic nobilissimus. Hoc oleo si ungant cadavera, non putrescunt. Cum uolueris confortare corpora extenuata, miscebis aquam rosarum, & unges super basis mansionibus, & à nucha usq; ad renes. Si eo modicè tepesfacto ante horā paroxysmorum, inungatur spina relinquendo super ea uestigiū eius cū pecia, repelles rigores erraticarum febrium, & quarumlibet simpliciu febrium. Sed quartanis & erraticis subuenit à principio periodi (locus hic cum sequentibus quibusdā uidet corruptus in excusis codicib.) in syncope quasi extrema puncta spina: ut ei⁹ organū uoce loquatur, sub lingua infirmi ex eo parū appones, postea in aurib. & naribus si necessitas urget. Ex eodem dabis cum postulat necessitas, in suffocatione matricis, & morbo caduco, & alijs plurimis passionibus. Datur pondere tr, (lego, grani) unius cum uino odori-

fero. Sic animum & naturam cōfortat, & multis affectibus medetur. Præcipuè uerò prodest melancholicis, tristibus, & quorum uires & membra languent, ac si cōtusi & per uim debilitati essent. Pro hec̄ticis, admiscebis oleum rosatū aut mastichinum, & unges spinam eorum apud balneum & sine balneo, Hactenus Aponensis. Idem hanc compositionem loco ueri opobalsami miscere suadet Theriacæ, Mithridatio, Diacurcumæ, Auræ Alexandrinæ. Hoc oleo, inquit Epiphanius Empiricus, tanquam matre omnium remediorum ad omnes neruorum passiones utitur, nucham, dorsum & iuncturas bis die illinendo. experimentis enim constat, præcipuè in materia frigida. Idem in Balneo Mariæ destillari iubet hoc oleum non probo.

Est & alia Guilelmi placentini compositio, quam reperio in Luminari maiori in Diacurcuna seu Diacrocu, huiusmodi. R. Terebinthinæ lib 2. olei communis

munis lib.3. olei laurini unc.16. cinna-
momi unc.3. euphorbij, caryophyllo-
rum, baccarum lauri, gummi hederæ,
ferapini, galbani aromatici, opopana-
cis, ana unciã. thuris, mastiches ana un-
cias duas. Terantur terenda & destil-
lentur.

Hæc & alia quædam balsama diuer-
sa describit etiam Ryffius in suo de de-
stillatione libro.

Aqua uiuificans & seni iuuentutem
concilians, ex libro Lullij de aquis. Te-
rebinthinæ libra. Mellis se libra. Aquæ
uitæ ter quaterue destillatæ unciæ tres.
Ligni aloes bene triti, sandali muscatel-
li, sing. drachmæ tres. Gummi Arabici
uncia, (forte drachma.) Nucis moscha-
tæ, ambræ, utriusq; drachmæ duæ. O-
mnia trita destilla igne lento, donec ha-
beas primam aquam claram. Et cum se-
cunda inceperit manare, quæ erit simi-
lis carboni ignito, ignem auge conti-
nuò, & separatim serua. Tum rursus au-
cto igne, tertiam, quæ nigra est & densa

instar mellis, donec liquor omnis effluerit. Ex his aquis ultima calidior est, quàm prima & secúda. Prima uocatur mater balsami, secunda oleum balsami, tertia balsamum artificiale. Prima in potu datur cum uino tepido. Secunda & tertia profunt ad remouendú mala quæ nouiter corrodút carnes humani corporis. Prima cum uino tepido albo pota, purgat stomachum ab omni malo humore: & aquam prohibet, ne perueniat ad cor aut partes principales, ut frequenti experientia constat. Linteolum tenue madefactum hac aqua cum paruo digito in nares intrusum, cum æger ingreditur lectum, & intus relictum, curat à rheumate. Mane & uesperis pota anhelitum foetentem quacuncq; ex causa, curat. Dentes inde abluti roborantur & dealbantur: & dolore liberantur: siue is ex humore, siue ex sanguine putrefacto proueniat. Quicquid ei impositum fuerit integrum & incorruptum conseruatur.

Linteum

Linteum eā madidum & uulneribus (inde prius ablutis,) aut fistulæ & alijs impositum (malignis ulceribus). Quartanæ resistit, si spina dorsi per aliquot dies cum ea perfricetur. Scabies inde lota sanatur. Linteum ex ea madidum ad hæmorrhoides utiliter imponitur. Lana xylina modicè in hanc aquam intincta, contra quamuis surditatem utiliter immittitur. Inuncta curat faciei ruborem, paralyfin linguæ, & omnes frigidos affectus. Secunda & tertia aqua ualent contra noli me tangere: contra regium morbum, collicq; & gutturis affectus. Item contra fistulam. & malum morbum præcipuè si recens fuerit: lauando enim & fouendo, & linteū inde madidū superponendo frequenter curat. Iuuat etiam si quis collifus lapidibus uel fustibus, uel baculo fuerit. Nullū uenenū eis appropinquare potest, et cōtacta inde aranea morit. Inungunt utilissimè ad omnē paralysm. Oēs corporis partes lauando

confirmant. Sciendum est autem quòd prima aqua ex his tribus quasi generalis continet omnes uirtutes. Ad corro dendum uerò secunda & tertia præfe runtur, magis quàm hęc quàm illa. In sum ma, medentur omnibus morbis qui ex sanguine aut phlegmate putrefacto p ueniunt.

Apud eundem Lullium aqua mira bilis sic fit. Caryoph. nucis moschatae, zinzib. zedoariae, galangae, piperis utri usque, granorum iuniperi, corticum ci tri, saluiae, basilici, rosmarini, maioranae, mentae rotundae, baccarum lauri, pule gij, gentianae, calaminthae, florum sam buci, rosarum, ammeos, spicae nardi, li gni aloës, cubebarum† (hic uidetur ali quid deesse) tam syluestris quam do mestici, cardamomi, cinnamomi, cala mi aromatici, stichados, chamædryos, chamæpityos, melissae, mastiches, oliba ni, aloës hepaticae, seminis & florum a nethi, sem. artemissae, sing. uncia. His ad des ficus siccas, uuas passas ultramari nas,

nas, nucleos dactylorū, amygdalorum
dulcium pinguium, singulorū unciam.
Mellis albi ueteris felibram. Deinde fac
charum duplum ad omnia prædicta.
Hęc omnia immittes in aquā uitæ quin
quies aut sexies per alembicum uitre-
um destillatam, quæ pondere triplici
species omnes superet. Relicta per bi-
dium destillabis lento igne. Aqua pri-
ma clarissima est & pretiosa. Secunda
colore differt, alio uase excipienda. est
autem alba, utilis ad dealbandum faci-
es mulierum, quibus omnes maculas
subitò tollit, si uel triduò semel inde la-
uentur: & odoriferas reddit & claras.
Hęc aqua balsami seu mater balsami,
uocatur: debet autem cum aqua uitæ
eiusdem ponderis, & in alembico de-
stillari per balneū igne lento. Et effluet
primò aqua odorifera & mirabilis, quā
recipies per se: deinde alteram coloris
crocei, postremò tertiam sanguinei.

Virtutes primę et secundę aquę sunt
hęc: Si altera ipsarū fundatur in uulnus.

recens non opus est alio remedio: sed intra diem naturalem cum dimidio ad summum sanabitur, modo non sit mortale. Omne ulcus malignū, uetustum; putridum, cancrosum, fistula, lupus, noli me tangere, eisq; similia, alterutra de istis aquis lauentur, & curabuntur intra paucos dies. Gutta duntaxat instillata carbunculum intra tres horas extinguit. Si oculus laboret lippitudine, uel tela, uel ungula, uel carnosio aliquo tumore innato, tertio quoque die guttam de istis aquis instilles: & intra nouem dies sanabitur, nisi omnino destructus fuerit. Gutta de eis cum paucis generoso uino pota calculum in renibus aut uesica, aut in uirga obstructum, uel intra duas horas frangit, & dolore liberat. Carne mortua inde abluta, breui curatur locus. Si mulier ex utero laboret, parum de eis ex iure aliquo bibat. Si dolor sit ex percussione uel casu sine ulcere, foueatur locus exigua earum portione.

&

& recedet dolor intra tres horas. Simili auxilio neruus contractus, induratus aut aliter malè affectus, restituitur. Reliquas earum facultates medicus eruditus per se æstimabit. ¶ Tertia & sanguinea aqua, quæ sancta & benedicta cognominatur, adè excellit uiribus, ut si quis de ea quindecim diebus medio cochleari utatur, curetur à lepra, pthisi, asthmate, hydrope, paralyfi, ischiade, syncope, morbo caduco, gutta arthritica, hectica, stranguria: alijsq; multis morbis, idque intra duos menses. Senibus iuuentutem recuperat. hominem moribundum desperatumq; à medicis, restituit, si unica eius gutta in os instillata deglutitur, ita ut ad cor perueniat. Quòd si quis per annum (quotidie) quantitatem grani frumenti huius liquoris biberit cum cochleari aquæ florum borraginis destillatæ instar rosacæ, anno exacto carnibus, sanguine & toto corpore, tum forma tum uiribus, quasi

renouatus uidebitur.

Aliud balsamum artificiale, ex eodē libro Lullij de aquis. Terebinthinæ sesquilibra. galbani uncia duæ. aloes ci cotrinæ, mastiches, caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, nucis mosch. cubearum, singulorū uncia. gummi hederæ semuncia. Omnia bene trita misce & destilla per alembicum uitreum, igne lento primum, & collige seorsim aquam primam. deinde aucto igne rufam: & postea magis aucto, oleum rubens, donec nihil amplius destillet: recipiente ter mutato. Habet hoc oleum omnes facultates ueri balsami. ardet enim in aqua, & lac statim cōgelat. nam si in pinta (mensura) lactis ponatur gutta una tepida, statim coagulabitur. Primus liquor uocatur aqua balsami, secundus oleum balsami, tertius balsamum artificiale. Vtilis est primus liquor cōtra fluxiones aurium, si duæ aut tres guttæ mane & uesperī immitantur. Oculis instillatus lippitudinem
emendat,

emendat, & lachrymas consumit. Superfluos in quavis parte corporis humores mirificè restringit. Dolorè dentium tollit, si lauentur inde, & uermes, si qui insunt, interficit. Tertius liquor impatiens est ueneni, araneis & serpentic. infestus. Duæ uel tres guttæ in morsum uenenosum instillatæ, statim sanât. Si hoc liquore circulum descripseris in quo includas animal uenenosum, immorietur id potius quàm exeat. In summa, eadem cum theriaca facit, sed efficacius omnia. Omne genus apostematum infusus, intra nouem dies sanat: Et similiter fistulam utcunq; malignam, et noli me tangere. Affectus omnes ex phlegmate et frigido humore natos, curat, linteo in eum intincto supra locum dolentem imposito. Exterminat paralytin & omnem tremorem membrorû. neruos mirum in modum confirmat. Calidior est primo & secundo. Si quis guttam eius in manû ponat, statim penetrat sine dolore. Denique alia multa

efficit, & omnem affectum ex frigida causa obortum, sanat, si rectè usurpentur.

Aqua memoriam confirmans. Florum rosmarini, borraginis, chamæmali, uiolarum, rosarum, singulorú uncia. Stichadis, foliorú lauri, samfuchi, saluiæ, singulorú uncia duæ. Omnia minutim cõcisa in optimo uinomacerabis et destillabis p̄ alembicũ. Deinde liquori destillato miscebis terebĩthinæ librã. olibani uncias octo. mastiches, bdellij, anacardorú, singulorú uncia. singula trita admiscebis, & iteratò destillabis. Deinde rursus addes, Nucis moschatę, macis, galangę, cubebarú, cardamomi, singulorum unciam. agallochi, ambrae, moschi, singulorum uncias duas (si rectè habet codex manuscriptus:) trita mixtaq̄ per quinque dies relinquito, ac tertio destillato, aucto igne donec oleum manare desinat.

Aquas uitæ quasdam balsamis adnumerandas, reperies in cœlo philosophorum

phorum Vlstadij, capitibus 44. & 52.

Balsamum authoris incerti. Terebinthinæ selibra. thuris unciæ duæ. ligni aloes, croci, utriusq; unciæ. Mastiches, caryophyllorum, macis, galangæ, cinnamomi, zeduarix, cubebarú, nucis muscatæ, singulorum semúcia. gummi hederæ uel elemi unciæ sex. tegularum extinctarum in oleo, ut decet, quas aqua non tetigerit, unciæ tres. Terenda tere. primò fluet aqua. secundo oleum balsami, tertiò balsamum artificiale.

Balsamú artificiale (inquit Mattheo lus Senensis in Cómmentarijs in Dioscoridē, quod ad morbos quàm plurimos mirè efficax reperi, sæpe còposui hunc in modum. R. resinæ larignæ, lachrymæ abietis puræ & liquidæ (aliqui oleum abietis uocant, Germani *bülsharz*) utriusque libram. mannæ thuris, ladani, utriusque unc. octo. spicæ drachmam. mastiches, galangæ, caryophyll. casix odoratæ, zedoariæ, nucis mosch.

aquam ros. post adde flores & coque omnia simul, & cū aqua ferè fuerit consumpta, ponantur in alembico: & aquā primo destillantem projice: tum sequetur oleum.

Aliud, mater balsami dictum. R. Terebinthinæ lib. j. olei laurini unc. 6. galbani, gummi elemi, ana unc. 6. gummi ederæ unc. ij. olibani uncias ij. Ligni aloes drachm. j. masticis, myrrhæ, aloes, laudani, castorei, rasæ (resinæ) pini ana drach. ij. gummi oliuarum arborū li. j. Caryoph. galangæ, cymini, cinnamomi, nucis muscatæ, zedoariæ, cubebarum, ana drach. iij. Tormentillę dictamni albi, ana drach. 6. Mixta omnia destil lentur per alembicum uitreum.

Aliud, Dornstetteri excellētis apud Germanos medici. R. xylobalsami unciam. Opoponacis, resinæ pini, bdellij, galbani, ammoniaci, mastiches, sarcocollæ, gummi elemi, olibani, myrrhæ, benzoi, singulorum semunciam. Olei benedicti, laurini, ladani puri, singulo-

rum fescunciã. Carpobalsami, opobalsami, uel loco eius, balsami ex descriptione Gulielmi Placentini,) utriusq; fescunciã. Sanguinis draconis drachmas duas. Castorei, spicæ nardi, galangæ, cubebæ, cinnamomi, cardamomi, granorum paradisi, corticum citri, singul. drachmam. Olei terebinthinæ ad pondus omnium. Macerata simul per dies aliquot, destillantur in Balneo M. (ego in cineribus malim.)

De balsamis quæ extra corpus usurpantur.

Superiora omnia tum intra tum extra corpus usurpantur: ea uerò quæ sequuntur, extra tantum, aut præcipuè.

Balsamum breuiter sic fit. Terebinthinæ libra. mastiches, ceræ nouæ, utriusq; uncia. croci drachmæ duæ. Mixta destillantur,

Balsamum siue oleum benedictum ad uulnera, paralyfin, &c. Olei terebinthinæ

binthina libra. Olei laurini uncia duæ. Galbani, gummi elemi, utriusque drachmæ sex. Gummi hederæ, thuris, mastiches, ligni aloes, olibani, singulorum drac. duæ. Aloes, myrrhæ, laudani, castorei, singulorú drachmæ tres. Omnia terantur & infundatur in terebinthina & oleo ad tres dies. Postea recipe galangæ, cinnamomi, nucis mosch. zedoariæ, cubearum, de sing. semunciam. Dictamni, consolidæ minoris, utriusq; drachmas tres. Contrita hæc pone in aqua vitæ uncijs quatuor ad tres dies. Misce omnia & destilla in cinere continuando semper ignem die noctuq; donec compleatur: & muta uas recipiens secundú mutationé coloris eius quod destillatur.

Balsamum ad cicatrices, &c. Si ratione percussione (inquit Lullius circa finem libri 2. de quinta essentia) manserit signum magnum in facie uel alijs partibus corporis, hoc remedio id signum remouere poteris, non omnino,

sed ut multò min⁹ appareat. Mastiches unciæ quatuor. Corticis malorum granatorum dulcium, gummi, cyperi, carpobalsami, singulorú unciæ duæ. Croci unciæ. Terebinthinæ libræ duæ. Olei oliuarum antiquissimi unciæ quatuor. Tere terenda & cribra, & misce cum terebinthina & carpobalsamo, & unà cū oleo destilla igne lento. Destillatum liquorem pones in fimo uel uinaceis diebus quatuor . deinde uteris, ceu uero balsamo, cuius notas omnes præstat, & pro eo uendi potest.

Aqua mirabilis uel oleum ad strumas gutturis, unde homines gutturosi dicuntur. Olei laurini unciæ sex. Olibani, mastiches, gummi Arabici, terebinthinæ claræ, singulorum unciæ tres. Misce in mortario & destilla in alembico. deinde aquæ extractæ addes cineré (de la cendre, Gallicè: nisi legendum sit de la cedre, ut cedrinam intelligamus.) Tum rursus destillato, & secúdu istum liquorem instar balsami serua. Sæpius die

die bronchocelis inunctus, paulatim eas imminuit.

Balsamum artificiale, non destillandum, sed coquendum tantum, ex libello Gallico And. Furnerij. Olibani, galbani, olei de papauere albo, olei de amygdalis amaris, terebinthinæ claræ, singulorum uncia. Viridis æris in pulverem redacti uncia tres, (ung quarteron, Gallicè. sed nimia hæc quantitas uidetur.) Olei oliuarum libræ duæ. Oleum in patella plumbata super igne calfacies, & cum bullire cœperit, galbanū frustulatim immittito, & ad lentum ignem leniter subinde moueto: deinde mastichen & olibanum addito, & moue donec paulatim liquentur. Deinde picem & terebinthinam (sed picis mentionem supra omisit,) igne lento ita ne ebulliât. Tum aufer ab igne, & reliqua duo olea adijce, & mouendo commisce, & iterum modicè ad ignem pone. Tandem uiride æris immitte, permisce, & cola per pannum nouum in uas alte-

rum plumbatū. Cum uerò uti uolueris oleo dicto, uidendum est prius ne quis neruus aut uena propemodum dissecta sit. Tum ulcere diligenter purgato, modicum huius olei in uasculo aut cochleari æneo çalfacies, & tam calidū quàm æger tolerare poterit, immittes, ea copia qua uulnus totum satis madefiat. Deinde lanam succidam nigram à genitalibus ueruecis impones, aut è cannabi linteum ter aut quater complicatum, & ad horas quatuor illigatum relinques. Quòd si tum dolor non cessauerit, iterū infundes ut supra dictum est: & semper curabis ut purum sit ulcus. sic paucis diebus mirabiliter sanescet.

Sunt qui terebinthinam & gummi quædam in cucurbita uitrea commisceant, eamq; luto clausam in arena positam modicè bullire sinant, deinde aliquandiu relinquunt donec fæces in fundo subsidant, indurenturq; tum colant.

Balsamo

Balsamo à quibusdam comparatur etiam oleum de hyperico, quod quia non destillatur infra describam.

Aqua educens ossa, & ne putredo vulneribus accidat, præseruans. Terebinthinæ puræ & albæ sed illotæ, zopissæ, mellis, singulorum libra. Resinæ pineæ albæ se libra, Destillentur.

Aqua Epiphaniij ad fistulas composita cū terebinthina, gūmis quibusdam & aromatibus &c. supra à nobis posita est, secunda ordine inter aquas cōpositas ad externos quosdā ulcerosos affectus. Et rursus alia similis ordine tertia.

*DE OLEIS EX ANIMALI-
um partibus, vel excrementis.*

EX ossibus & medullis potest sublimando trahi oleum, Syluius.

Oleum ex uitellis ouorum, alembico destillari potest, ut oleū philosophorum Mesuæ, Syluius. Vide supra, ubi de oleorum destillatione per descensum in

genere tractauimus ex Vlstadio.

Oleum de stercore humano. Vide supra in Aqua stercoreis humani. De sanguinis humani liquore, uide supra in Quinta essentia.

De mellis destillatione, supra scripsimus inter aquas quæ destillantur in Rofarijs, &c. Est autem huius qui postremus fuit liquor crassiusculus, ut oleum, puto, nominari possit.

OLEA destillata etiam inter se misceri possunt, ut in hoc Epiphaniij Empirici remedio, ad lentigines & omnem scabritiem & maculas faciei commendato. Lactis uirginei sesquuncia. Aquæ rosaceæ cum paucis sulphure uncia. Oleorum de tartaro, de frumento, de uittellis, singulorum semuncia. caphuræ scrupulus. Quamuis hæc olea non soleant per destillationem fieri: oleum tamen de frumento & de uittellis, meliora fiunt destillata.

DE

DE OLEIS EX METALLIS,
lateribus, gagate, succino.

AQuæ & olea chymistarum industria singulari secreta, maximarū sunt uirium, & essentiæ tam tenuis, ut olei cuiusdam gutta fortuitò illapsa in lectum, stragula eius multiplicia & culcitras momento penetrârît, asseresq; fundum lecti sternentes ufferit, Syluius. Videtur autem hæc penetrandi uis ad olea metallis extracta præcipuè pertinere, quibus magis etiam urendi uis inest.

Aceti destillati præcipuè usum esse uideò pro extrahendis oleis de metallis, ut antimonio, plumbo, cerussa. Alij alijs liquoribus acris & calidissimis ad id utuntur, ut lixiuio acris, aqua ardente, urina destillata, aqua forti.

Lullius canone quinto libri primi de quinta essentia, cum docuisset extrahere quatuor elementa à plantis, subdit. Et sic quoq; facies cum metallis, prius

cum nostro menstruo illa resoluerè faciès sub fimo per hebdomadè, oportet autè menstruum esse acutū cum uegetabilibus aliquibus quæ infra in Quæstionario dicemus. Postquàm uerò metalla fuerint dissoluta, pone ad destillādum in igne primi gradus, & exhibit menstruum, & manebit calx metalli in fundo. Post hoc uerò reitera supra fæces metalli de nouo menstruo ad pôdera metalli, & pone ad putrefaciendum per mensem cum dimidio, & post hoc destilla sicut fecisti de uegetabilibus, sed qualibet uice addas nouum menstruū super fæces. Alias diuersas philosophorum opiniones in extractione elementum à mineralibus in libro tertio explicabimus, Hæc ille.

Oleis metallicis omnibus commune esse puto, quòd ceteris oleis grauiora sint, ut Cardanus insinuat : & alius quidam guttas olei de uitriolo ponderosas esse scribit.

Oleum destillatum ex auripigmento
aust

aut mysi (seu uitriolo Rom.) arterijs et cordis regioni illitum, hominem ueneno infectum, etiam acutissimo, & tactu duntaxat occidente, seruare posse existimo, Cardanus. Et mox, At postquam in hos sermones incidimus, haud ab re esse puto illud quærere, quonam pacto oleum parari possit, quod illitum arterijs cogat uenenum extrudi uomitu aut purgatione, uel sudore, uel urina. Certum est metallicum esse oportere, quod ualidissimum esse debet. Vidi ego quandoque tale, & solo pondere quod esset metallicum haud dubie conieciui. Oportet & ex ueneni natura illud esse. nam immodica caliditate, ut dictum est, delet prius conceptam malam uim: & similitudine auocat exterius quod nocet, & contrarietate pellit. Oportet & discutientem illi non paruam inesse uim, & rursus aduersus uenena ipsa contrarietatem quandam, quæ duo laseris succo conueniunt. Igitur quæ propellere uenenum debet, oportet

metallica esse uenena, non tamen acer-
 bissima: & calidissima & discutientia,
 & uenenis quodammodo contraria.
 Horum igitur materia his constare po-
 test, mysi & auripigmento, & laferis suc-
 co, & gentiana, & pinguedine serpen-
 tum uenenosorum, & aconito. Quòd si
 cuiquam terræ ex his (prædictis uiribus,
 ut sunt discutere, uenenis resistere, etc.)
 plura insint, detractum oleum ui ignis
 omnium erit præstantissimum. Et pau-
 lò post, Cæterum oleum quod sola ar-
 teriarum illitione uenenum extrudat,
 non hoc sensu præstantissimum dixe-
 rim. ut etiam præter id des in potu, the-
 riacam aut lac aut aliud excellens re-
 mediũ, quin etiam melius proficeret.
 Illud bene ausim dicere, illitionem arte-
 riarum, & admota exterius, esse his quæ
 bibuntur præstantiora ac ualidiora, hoc
 uno dũtaxat excepto quòd uenenum
 adhuc in uentriculo maneat. Nam his
 (uenenis recenter sumptis, ut nondum
 è uentriculo egressa sint) quæ uomitum
 ualidum

ualidū prouocant præstantissima sunt, ut lac, lixiuum, oleum, aqua nucis uomicæ. Igitur in morsibus uenenatis, in aculeorum ictibus, in unguentis uenenosis, in potu ueneni quod iam ad præcordia penetrauerit, exterius adhibita auxilia ualidiora sunt, &c. Hæc ex Cardano pluribus descripsi, ut inde etiam magis ratio cōstaret mirabilis illius de scorpionibus, &c. olei, quod quia absque destillatione fit, inferius separatim describam.

Antimonij oleum utilissimū est ad omnia ulcera maligna, ut ipse feliciter experior. Purgatur autē antimonium prius, multoties fufum & liquatum igne. Longè ab hoc differt oleum de antimonio chymistarum, quo argentum illi colore aureo insignire conant, Mattheolus in Dioscoridem.

Oleū de antimonio quomodo fiat, ad ulcera & fistulas, scripsi superius ex Vlstadio, in tractatione de Quinta essentia. Sed empirici quidam etiam ad

diuerſas intra corpus affectiones oleum ex antimonio parant, quod miris & magnis laudibus extollunt. Parant aut hunc ferè in modum, ut audio. Antimonij ſelibra, tartari calcionati albi tantundem: ſimul tundantur & in tiglio (crucibulo) aurifabri ſuper prunis ſimul liquentur ſeu ſoluantur: liquata effundantur in teſtam aliquã, ubi agitentur miſcèdo: & cù in maſſam induruerint, iterum tundantur, & colentur per colum (id eſt ſacculum eius figuræ quæ eſt ſacci pro uino Hippocratico ut uocant) in loco humido, (calido & humido) ut in cella uinaria, colo ſuſpenſo. ſic enim paulatim extillabit oleum, quod à nonnullis propter colorè ſanguineum Rubedo antimonij uocatur, & ſimiliter ab aurifabris quibuſdã conficitur ad neſcio quam tincturam. Ad remedia uerò humani corporis cum quinta eſſentia uini uel aqua ardente præparari debet, ita ut duplum ferè eius affundatur ad prædictam antimonij rube-

rubedinem: & in cucurbita diligenter
agitentur, misceantur, ac ita destillen-
tur in cineribus ter uel quater, donec
spiritus omnē malum odorem amittat.
Semper autē miscendę agitandęq; sunt
fęces cum aquam destillatam super eas
refundis, aut cum quintam essentiam
recentem superinfundis. neque enim sa-
tis certus sum utro modo fieri debeat.
Sunt qui ab initio statim acetum rubrū
acerrimum (destillatum) cum antimo-
nio et tartaro calcionato simul liquan-
dis misceant. Sed hęc omnia scribo nō
tanq̄ certa: uerum ut obiter ante annos
aliquot ab empirico quodam excepta
annotaui. Scio chymistas & aurifabros
quosdam oleū uel quintam essentiam
antimonij tanq̄ thesaurū perfectissimū
quærere. Hi primū lixiuium acre cōpo-
situm ex uiua calce & cinere clauellato
per filtrum destillant: & in hoc lixiuio
per horas quinq; antimoniu subtiliter
tritum coquant: et rursus refrigeratum
hoc lixiuium per filtrum destillant:

& quod de antimonio simul transferit, nempe pulverem coloris lutei, referuant. Deinde acetum acerrimum rubrum destillatum infundunt supra antimonium in cucurbita positum, ita ut digitis tribus aut quatuor emineat: in loco calido per dies aliquot ponunt, & quotidie decies aut uigesies agitando permiscunt. deinde acetum in aliud uas uitreum leniter defundunt, ita ut nihil perturbetur. Hoc quinquies aut sexies repetunt, (nouum semper acetum super antimonium in cucurbita relictum fundendo,) demum acetum omne coniungunt, & destillant per alembicum lento igne, donec oleum fluere incipiat. Est autem hoc oleum, siue quinta essentia antimonij, colore sanguineo. Hoc Mercurium tingunt, & incomparabilem thesaurum esse aiunt, summum chymiae mysterium: ut ex libro quodam Germanico manuscripto trãstulimus. Oleum ex antimonio elicitur rubrum, acutumq; ualde, sulphur olet, & uim eius

eius (antimonij) retinet, ob substantiæ crassitudinem ad pauca utile, Cardanus.

Calx integra oleo communi restinguatur, alembicō uitreo destilletur, manabit oleum oksi corrupto idoneum, Syluius. Calcis uiuæ frustum integrum infundatur in oleo communi, donec calx in puluerem reducatur, tum destilletur in alēbico uitreo, & emanabit oleum calcinum, quod primus descripsit Leonardus de Prædapalea Patauinus, Io. Iacobus de Manlijs.

De cerussa oleum: uide supra ubi de quinta essentia egimus ex Vlstadio.

Oleum ex gagate sacratum dæmoniācis, epilepticis, paralyticis, spasmicis, tetanicis, arthriticis, ab utero suffocatis saluberrimum, conceptumq; adiuuat. Fit ex gagatis lapidibus, quomodo oleum iuniperi (per descēsum,) uel sublimatione (ut oleum de lateribus,) Mesues interpretē Iac. Syluio: cuius ex scholijs uerba hæc subiicimus. Cum

bitumen gagate multò uilius sit, & uiribus aut iisdè aut ualidioribus, tentari posset ex ipso oleū, quod largius fluet, præsertim si recens est bitumen, cū ipsum sit terræ uelut adeps, & olei uice uratur accolis locus Asphaltitæ & locorum aliorum bituminosorū. Deinde ane pilepsiam iuuare possit dubitat, cū odore illo bituminis tetro epilepsiam magis prodat. Mihi uerò uerisimile uidetur iuari ab eo epilepsiã attenuãdo, digerendo, siccando, quas uires cum et antea nõ ignauas obtineat, tum multò magis liquor eius destillatus hæc præstat. Neque uerò ideo non iuuat hunc morbū, quoniã eundem odoris eius bituminosi suffitu prodi uerisimile sit, ut myrrhæ, galbani, & cornuū, unguarū pelliumq; capræ & hirci suffitu. Nam & cornua & ungulas diuersorum animalium, aduersus hoc malum medici usurpant, scobe eorū intra corpus data. neq; enim eadem ratio est si quid suffiatur, & si sumatur simpliciter. Sed his
de

de rebus non tam ex rationibus & coniecturis, quàm experimētis docere debebant medici. Ipse suffitum contriti succini (quod ipsum quoq; bituminis generi adscribitur) præsertim albi, narius epileptici admoueri uidi, prunis in cochleari impositū, & mox sedari paroxysmū. quod & odore suo tantū poma, ut uocāt, cū moscho uel ambra cōposita præstāt. Quòd uerò de dēmoniacis scribit Mesue (inquit Syluius) superstitiosum est, à Christiano q; homine alienum. Sulfur & gagates igni liquantur, ut liquores omnes, Idem.

Oleum philosophorū (quod etiā oleum sapientiæ, & perfecti magisterij, & benedictū, & diuinum, et sanctum quidam uocarūt,) ueterū omnium consensu effectibus secretis non paucis est efficacissimum. Nam calfacit, siccat, essentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit, materiam omnem excrementosam consumit. Ob id epilepsiæ, paralyfi, uertigini, obliuioni, & lienis, renum,

uesicæ, uteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruosarum doloribus frigidis maiorem in modum confert. Est autem quoddã naturale siue minerale, & aliud marinũ quod ex insulis ac scopulis fluit, (naphtha dictum:) in quo genere præfertur subalbum, mediæ bonitatis subrubrũ est: subnigrum uerò & crassum, pessimum. Cæterum arte sic fit: Lateres ex terra rubente multum antiquatos in frustra comminutos carbonibus nõ fumantibus accende, donec igniti rubeant: tunc concha, oleo roris marini (alchichil) uel antiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri potest oleo imbue. sicca per se in casulis, (caczobis, Monachi in Mesuen: apud quos etiam caczola mox pro cucurbita legitur.) Post minutissimè tere, & uasi per sublimationem destillandũ trade, luto chymistarum capitello committe, carbonibus in fornace accensis coque donec oleum destillet in phialam uitreã naso
imo

imo capitelli agglutinatum (argilla & pilo, Bulcasis,) quam exactè obstructā reconde & serua. quanto enim antiquius, tanto ualentius fuerit, Mesue interprete Syluio, cuius hîc etiam ex Scholij's uerba subscripsi. Oleum (inquit) de lateribus tam tenue est, ut momento latissimè spargatur: si manui infundatur, eâ cito penetret. Oleo balsami est multò tenuius, calidius, & in affectibus frigidis efficacius. urinam mouet, lapidè frangit, uermes enecat, aurium tinnitui à flatu crasso, paralyfi, spasmo cynico, ischiadi, gonagræ, podagræ, & cæterarum iuncturarum doloribus prodest, potum aut inunctum: sed parua eius portio aquæ affectui aptæ mista bibatur. Hoc oleum à Rasi etiam in Antidotario, & Bulcasi in libro qui Seruitor in scribitur, paratur: ubi Bulcasis lateres novos qui aquam nondum senserint, præfert, quia oleum melius imbibunt: & eos in frustra uncia unius diuidit, ac in uase uitreo aut uitrato probe ^qluta-

d

to ita componit, ut eius pars tertia maneat uacua. Ignem primo leuiorem fieri oportet, sed qui fundum uasis attingat, paulatim augeri. Primò exhibit aqua, deinde oleum (rubens, Bulcasis) per se colligendum. Sic terebinthinam guaiacū, & alia multa destillamus. Oleū etiam chamæmalinum, & nardinū quoq; benedictum dicitur Mesuæ: sed hoc (de lateribus) præstantissimū est, et quibusdam petrelæum uocatur, Hæc Syluius. Foetidum est hoc oleum, sed summè penetratiuū, Io. Iac. de Manlijs.

¶ Vide quædam supra, ubi de destillatione oleorum per descensum in genere egimus ex Vlstadio. ¶ Bulcasis frusta singula uncia (drachmæ, Rasis) magnitudine ignita, in oleum antiquissimū immergere iubet, & extincta ab oleo extrahere: & simul omnia crassiusculè trita, in unū aut plura uasa destillatoria, quæ uentres nominat, ponere, ut duæ uasis partes uel amplius impleant. Iubet etiā cauere ne ignis appropiuet

huic

huic oleo (dum destillatur) facillimè enim accendi, & ægrè extingui. Deinde iterum noua frustra laterum. præparata ut prius destillari, donec satis olei collectum sit. quod in uase stricti orificij diligentissimè obstructū cum cera (& terra) seruari iubet. facillimè enim exhalare propter subtilitatem suæ substantiæ. Hoc oleo (inquit) utere in egritudinibus frigidis, ut epilepsia, apoplexia, grauitate auditus, & arthritide frigida. reliquos eius effectus explicauimus in libro de oleis. est enim res secreta philosophorum. Parandi modū Rasis eundem omnino describit. ¶ Oleū quod balsaminū uulgo uocat (è spica) excitat subito comitialiter humi prostratos, naris subditū olfaciendū, aut quod ex laterio lapide eximūt, à saxo nomen habet, Alexander Benedictus.

¶ Hoc oleū fit etiam alijs quibusdā admixtis, ut in libro quodam manuscripto reperi, cuius hic uerba adijciam. Lateres rubeos uetustissimos, aut

recentes quidem sed ab aqua intactos in frustula confringes, eaq̄ ignita extingue in oleo oliuarum, uel quod melius est in laurino. Mox rursus candefacies, & extingues ut prius, donec nigrescāt. Deinde frusta hæc impones in alembicum unà cum oleo in quo extinxisti, si quid eius reliquum est: sin minus, recēs affunde ad mensuram digiti. Postea adde castorei, & spicæ nardi, uel eius locorutæ, utriusq̄ partem unam: costi partes duas. Trita hæc misce cum lateribus in cucurbita: quam in fimo equino dieb. circiter uiginti defodies. Tandem destillabis, aucto paulatim igne. Primus liquor bonus est, secundus melior, sed optimus tertius colore rubeo. Hoc oleum prodest aduersus omnes frigidos affectus ut balsamum, quo quidem subtilius est, & calidius, utiliúsque in morbis frigidis. Perforat enim manum cito, & spatio lato expanditur. Vesicæ lapidem & frigidus affectus eiusdem curat. Vrinam prouocat. Auriū
noxis

noxis frigidis medetur, & uermes carū
interimit. Vtilissimum est paralyticis,
& cynico spasmo inunctum aut potū:
item ischiadi, & dolori iuncturarum &
dorsi. Emplastrum cum hoc oleo & sa-
le Ammoniaco paratum, splenis apo-
stemata & durities breui tempore dis-
soluit. Ad epilepsiam ualet & narium
obstructionem naribus iniectum. Cale-
facit cerebrum, memoriam confirmat.
dolorem dentium sedat. Iniectum ute-
ro menses prouocat. Embryon uiuum
aut mortuum educit. Ora uenarum a-
perit, & sanguinem coagulatum dissol-
uit. Pulmonem purgat ab humoribus
crassis. Guttę eius aliquot cum syrupo
rosarum potæ, anhelos iuuant. Aquam
ad oculos descendentem, id est suffu-
sionem, mirè cōsumit. Si piscatores in-
unxerint inderetia, pisces innumeros
illicient. Ferrum eo madidum & igni
admotum, statim ardebit. Vermes oc-
cidit ubicunq; fuerint. In testa oui uel
alio uase calefactum, loco dolenti utili

ter guttatim infunditur, donec dolor remittat. Venenis frigidis resistit, ut i-ctui scorpionis & opio & hyoscyamo per os sumptis. Calculos vesicæ pellit cortice petroselini aut fœniculi admixto, (decoctis nimirum corticibus radicum in aqua, & modica huius decocti parte cum una aut altera gutta in potu sumpta.) Sed hæc omnia fermè Rasis in Antidotario simplici oleo Benedicto, hoc est destillato è solis lateribus & oleo, attribuit. Perfertur, inquit Rasis, quod ualde rubeum est, fortis odoris, subtilis substantiæ.

Oleum de plumbo: Vide supra ubi Vlstadij uerba de quinta essentia recitauimus.

Succinum artificiosa coquendi ratione uertitur in oleum sui coloris, Ge. Agricola. Fieri nimirum è succino oleum potest eodem modo quo è gagate, de quo supra scripsimus. Videntur enim naturæ non dissimilis esse. Germani cõmuni nomine uocant *aggstein*: nigri tantum

tantum differentiam addentes gagati. Cardanus camphoram quoq; congenerem esse putat, hoc argumento quòd succini suffitus linteolo madido exceptus, camphoræ odorem in eo postea reddat, quod tamé mihi experienti nò ita uisum est.

Sulfur illitum & potum, scabies, lepras, & Gallicum morbú tollit. sed uehementiore ui oleú eius, quod quomodo fiat in libris de morbo Gallico docuimus, Cardan. Sed libros eius de morbo Gallico nondum editos puto.

Sal oleú in se còtinet, si bitumini immisceatur. Vnde Arrianus refert, apud Ichthyophagos, in Indica historia, ex sale oleú illos excipe. Indiciú quoq; qd' oliuæ littore maris gaudeant. nam falsum solum etiam nò leuiter pingue est. Sed, ut dixi, oleum omnia sic còtinent, quod ui ignis detrahi potest. At multú non potest continere, nisi bitumen admixtum habeat, Cardanus.

Ad oleum de sulphure faciendum,

eligendum est purum & ignem non expertum, (præcipuè uiuum, & cinerei coloris.) Hoc oleum Romæ pluribus modis fit, per sublimationem & per descensionem, &c. Valet autem ad multa & præcipuè ad fistulas, & ad curanda oris ulcera, quæ gangrænas appellant, in quibus curandis maximè excellit.

Madefacta enim pennæ aut alicuius festucę extremitate, ipsa ulcera semel aut bis tantum contacta, continuò mortificata sanantur. Monachi in Mesuen.

¶ Vitreum uas (ut scribit Matthæolus Senen. in libro de morbo Gallico) tintinnabuli non absimile, illitum figulari luto, à terra unius cubiti mensura, çneo uel ferreo filo suspendes, sub quo metretam uitream maioris circúferentiæ, in cuius medio inuersus fuerit cyathus statues. Porrò cyathi fundus ferreã bracteam digitorum quatuor latitudinis ex igne candentem sustineat, ex qua sulfur accendatur. Hoc dum comburitur, recentius superaddatur. Inde fiet ut ex fumo

fumo ascendente suspensum uas breui temporis interuallo guttatim in inferiorem paropsidem destillet oleum, quod diligenter collectum uitrea conseruabis ampulla. ¶ Sulfur igne non expertum, uel flauissimum, inter urédum fumum crassum remittit, excipiendum campana uitrea aut silicia. In qua ex uapore crasso oleum concretum destillat in uas planú capax, in cuius medio sulfur uasculo conditum uritur. Alijs trito sulfuri per aquam uitæ incensam ignea consumitur substantia, pòst reliquú destillatur ut oleum philosophorum. Alij sulfuris flauí, terebinthinæ, utriusq; uncias tres, olei rosati libram unam, coquunt igne lento, cum uini odori uncijs duab. ad uini consumptionem, (ut in Luminari maiori legitur,) Syluius. ¶ In duabus olei de semine lini partibus, partem unam sulfuris uiui immitte, simul optimè tere & relinque sub fimo per duos dies in uase bene obturato, eritq; clarum & pulchrú. ¶ Sed

omnia hæc olea uidentur in hoc solum parari ut extra corpus adhibeantur. ego empiricos quosdã hodie esse audio qui etiam intra corpus oleum quoddam de sulfure propinent, aduersus comitiales præcipuè: & forsan id cuius ignea substantia, ut Syluius meminit, per aquam uitæ accensam prius consumpta est, deinde per sublimationem destillatum, tutius ceteris intra corpus exhiberi possit.

Vitrioli oleum à chymistis pariter & medicis expetitur, & tanquam res secretissima occultatur. Ego descriptiones aliquas ponã quas ab amicis accepi, uel in libris manuscriptis inueni. & post cæteras efficacissimum quendã & mihi cognitũ huius olei modũ declarabo, quo Empiricus quidã apud nos ad omne fermè genus morborũ curandũ utebatur, & in multis quidem feliciter, &c. ¶ Vitriolum in calcem rediges, ut nosti, deinde aquam ardentẽ affundes, ita ut modicè excedat. Tum aquã ardentem

ardentem per destillationem in phiala, aut retorto, aut cucurbita (in latus inclinata) separato. Ea detracta paulatim spiritus uitrioli urgeto, ignem magis atq; magis augendo, donec spiritus omnes transferint. Húc liquorem destillatum impone iterú in uas aliquod ex tribus prædictis, et in caccabo aqua pleno destilla, donec quicquid inest aquosum secernat, id quod omni industria efficere conaberis, ut omnino aquositas tota separetur, siue p̄ alembicũ (rostratũ,) siue cæcũ, cuius interior margo limbũ habeat cauum instar alembici (s. rostrati.) Da operã ut aqua in caccabo leniter bulliat, (si modo bullire debet. Germanica uox *sieden* æquiuoca uideatur:) ut aquositas sola ascendat, & oleũ semper in fundo cucurbitæ maneat. ad hoc efficiendum, ut minimum biduo tibi opus est. Deinde relictum in cucurbita oleum in cucurbitã aut aliud uas ex prædictis luto loricatum immittes & destillabis, obseruabisq; num aqua aliqua ante spiritus transeat.

Nam si quicquam aquosum adhuc permixtum fuerit, necesse est ut postea in Sole aut loco calido ponas cum alembico cæco, ut aquositas eleuata in limbo alembici remaneat. Hoc si aliquoties repetas, hanc insolationem dico, oleum semper suauius & melius euadet.

Quinetiam olei destillationem secundò aut tertio repetere poteris. sic enim magis magisque rectificatur oleum. Huius olei duas tresue guttas aduersus omne genus morborum propinare poteris, per se, aut cum aquis ad singulos affectus idoneis. Hoc oleum ipse gustavi suaue, gratum, & efficax est, colore (si memini) albicans.

Alius modus. Vitrioli Romani libras quatuor desicca in uase fictili ad rubedinem usque. deinde contritum pone in cucurbita uitrea diligenter luto inducta, (ut fit pro aqua forti:) & leni primum igne paulatim gradus ignis au-gendo destilla, donec fumi albi incipiant exire de rostro cucurbitæ. tunc pon-


nes

nes uas receptorium magnum luto munitum: & ignem excitabis cū lignis per duodecim horas semper cōtinuando: & exhibunt (tandem) guttæ rubæ & pōderosæ. Cum uerò receptorium incipiet esse clarum, res perfecta est: quare defines, ut uasa refrigerentur. Postea pones in alembico paruo ad separandum phlegma, & reseruabis reliquum, insolabisq; per dies nouem. Cum uolueris uti, da cum bono uino albo, uel Malua fia, sex uel septem guttas, ita ut tribus aut quatuor horis postea nihil edatur. conuenit etiam ante somnum, si nihil superbibatur. Vtilis est hic liquor dolenti stomacho, leprosis, calculosis, urinæ retentioni, febriētibus: et in peste cū aqua acetosæ, tepidius, adiecta semidrachma de speciebus diamargariton frigidis si reperiri possunt.

Alius apparatus olei de uitriolo cōtra morbos innumeros. Vitrioli Romani quantum uolueris pone in cucurbita ad rubificandum, cum igne qui

adhibetur aquæ forti per horas uiginti-
quatuor, quandiu aqua sine spiriti-
bus procedit, & amplius si non erit ru-
bificatum, semper eundem ignem ser-
uando. Cum iam rubificatum fuerit,
aufer capellum (alembicum) & reci-
pientem, & serua aquam ad secreta di-
cenda. Postea contere uitriolum, &
in cucurbita pone cum quinque parti-
bus quintæ essentiæ uini, ut uitriolum
imbibatur. Debet autem cucurbita in
furno transuersa imponi, cui alteram
(recepturam oleum) forinsecus oppo-
nes, cuius fundus impositus sit in uase
aquæ frigidæ. Tum ignem in furno ex-
citabis, nõ minus uehementem, quàm
pro aqua forti fit. Sic effluet primum a-
qua uitæ, & demum aucto igne oleum
uitrioli sequetur. Deinde aquam uitæ
ab oleo separabis capello imposito cu-
curbitæ cõtinenti utrunque, & recipiẽte
foris apposito, cum igne aquæ fortis.
Sed ut res clarior fiat figuram qualem-
cũque deliniauimus fornacis in qua ole-
um

um destillari debet, transuerso cucurbitæ situ, igne circunquaq; excitato, ut oleû emanans refrigerium præter quàm in recipiente non inueniat.



Vires huius olei innumeræ sunt, quarû aliquas hic recēsebimus, ut reliquas medicus eruditus per se conijciat. Illis qui morbum aliquem calidum aut frigidum, magis tamē frigidû sentiūt, dabit quatuor guttas è uino bono uel aqua ardenti ieiunis summo diluculo, & ne quid cibi ante quatuor horas sumant interdices. Aduersus febrim continuam da octo guttas cum semuncia aquæ rosatæ, diluculo, ut dictum est. & similiter etiam contra alios morbos cum liquoribus destillatis aut deco-

ctionibus idoneis. Quod ad dosin, robustis hominibus octo guttas dare poteris, mediocribus quinque, debilibus quatuor etc. In hoc oleo si solueris marchasitam auream, tinget Lunam ad omnes gradus.

Alius modus pro eodem, ut melius & purius fiat. Vitrioli Romani quantum uoles pone in cucurbita fictili ex terra crucibulorum, intus uitreata: & in furno, ut supra dictum est, cum igne aquæ fortis destilla: & effluet aqua alba uitrioli. deinde cessante illa, augebis ignem, & sequetur aqua uiridis. quæ cum desierit, ignem fortissimum supra infraq; excitabis, & emanabit oleum rubrum. Vas recipiens mutabis pro liquorum mutationibus: Vel tres illos liquores uase uno excipies, & aquas postea ab oleo separabis destillando, & remanebit in cucurbita oleum. Fit autem hæc separatio cucurbita erecta (cum capello & recipiente:) prima uerò olei destillatio, cucurbita iacente transversa, ut dictum

dictum est. Si modicum lanæ xylinæ intingas in aqua uitrioli Romani, & cū ea tangas quæuis mala oris, facile sanabis, Ex libro amici cuiusdam manuscripto. Videtur autem hîc aqua intelligi quæ prior fuit, extra corpus tantum usurpanda, non ipsum oleum uitrioli, quod pretiosius & purius, & aduersus intrinsecos morbos propinandum seruatur.

¶ De uiribus olei uitrioli, ex eodem codice manuscripto. Vinum Maluaticum cum modico olei uitrioli bibe, cōtinuando per quinque uel octo dies. obstructionibus liberat, sanguinem purgat, calculum pellit. Malâ scabiem curat, si bibatur cum aqua fumarix & myrobalanis cōditis. Renouat hominem cum aqua endiuix. Capitis quosuis dolores sanat cum aqua sansuchi, aut buglossi, aut melissæ: item uertiginē, si modo continuetur. Cum aqua agrestæ omne genus morborum curat, purgato prius corpore. Restaurat memoriam

cum aqua acori aut foeniculi. Somnū
 conciliat cū femine lactucae aut papa-
 ueris. Melancholicis ꝑdest cū aqua bu-
 glosi aut borraginis. Rabidos (infa-
 nos) curat cum aqua nymphææ, cōtinu-
 ando. itē apostemata calida: et lethargū
 cum aqua rutæ agrestis. Purgat corpus
 cum aqua uitæ. paralyfin sanat cum a-
 qua mentastri uel saluię & hyssopi: spaf-
 mum cū aqua saluiæ, tremulos cū aqua
 basilici: & diuersos morbos internos
 cum aqua trifolij. omnem debilitatem
 oculorū cū aqua foeniculi. rheūma à ca-
 pite, lilij. catarrhum cum aqua adianti
 & hyssopi, & tussim. similiter morbum
 lateralem cum aqua plantaginis. pleu-
 resin cū aqua capillorum Veneris. sto-
 machi debilitatem cum aqua menthæ.
 Cū aqua cydoniorū uomitū restringit:
 ꝑ si æger fuerit humiditē temperamēti de-
 tur cū aqua plantaginis uel bursę pasto-
 ris, cum paucis diarhodon. Fluxum uē-
 tris curat cum aqua plantaginis, coli-
 cā cum aqua rutæ. Cum aqua absinthij
 moribus


morsib. uenenatis resistit. Sanat omnia apostemata, & hydropē, continuando. Membris resolutis pdest, si infricēt cū felle bouis. Cum tamarindis lieni medetur. cum aqua raphani & tribuli marini, calculos pellit, & renū obstructions aperit. Febres omnes sanat cum aqua agrestæ, & quasdam species lepræ, continuando. Hoc uerū est aurum potabile, & uera chelidonia, & amplius. pondere non cedit auro, & easdem tōtidemq; facultates habet quas aurum potabile. Modicum eius cum pauca aqua rosacea potum, sermonē amissum restituit. sanguinem è naribus fluentem cum rosis sistit.

Alius modus olei de uitriolo, quo senex quidam empiricus in Heluetia utebatur, duas aut tres guttas cum theriacamiscendo, et sudorem ab hoc potu imperando in lecto per horas quatuor aut quinq;, ita ut ne digitus quidē interim exereretur, quo remedio multos ab eo difficiles morbos curatos


scio, &c. Eo mortuo oleum uidi, quod colore albicante aut fusco mihi uidebat, fortè propter argenti frustula quæ immissa erant. Gustus erat acerrimus, supra omne acetum fortissimum: ita ut gutta una linguam instar cauterij subito feriret, non læderet tamen. sed neq; fauces deglutita lædebat. sapore aliqui non ingrato, odore ferè nullo, uel non nihil resipiente adustionem. Paratur autem hunc in modum. Vitrioli libras tres aut quatuor, aut quantum libuerit, in amplum uas fictile uitreatû, quod foris undequaq; luto munitum sit diligenter, & rursus siccatum, impones, et super foco accensis prunis imposito uase, fumum omnem (à quo tanq; uenenofo tibi cauebis) euaporari & exhalare diligenter curabis, agitando interim cum baculo, & quod inferius est sursum semper mouendo, curando pariter ne ebulliendo redundet. sic perges donec bullire desinat, & uapor fumusq; omnis consumptus uideatur q; maximè

maximè. Tum prunas uitrioli desuper in ipso uase impones satis multas, atq; ita relinques donec uitriolum planè in calcem redigatur, nec humiditatis aut uaporis quicquã in eo supersit, & iam rubeû aut flauescentem colorem contraxerit, nec ullus uapor aut spiritus amplius ab eo ascendere uideatur. Nisi enim quàm aridissimum fuerit uitriolum, oleum non satis efficax extraheretur, sed albicante quodam phlegmate permixtum. Cum igitur satis in calcem redactum fuerit, ignem amouebis, & uas paulatim refrigeratum, leniter eximes ne forte frangatur. Inde uitriolum eximes ut poteris, cultro adacto, uel aliter. quanquam non difficulter à uase uitreato discedit. Exemptum uitriolum minutatim confringes, & frustula impones in cucurbitam terream, quæ parata sit à figulo ex optima terra, & optimè cocta, tam ualida ut tribus diebus & noctibus continuis ignem uehementem in fornace sustinere possit. Nam si

fingeretur, oleum & operam perderes: licet minima tantum rima aut fissura ei accideret. Itaq; ut facilius igni resistat, loricanda est luto, eoq; duplici aut triplici, hoc est post primum siccatum alterum inducendum lutum, aut etiam tertium. Fornacis figura huiusmodi fermè erit.



Hæc fornax cõstruenda est quadrilatera, & in summo caminanda seu cõcameranda modicè. In medio summæ fornacis faciendũ est foramẽ seu infumibulũ, ea amplitudine ut singulis horis uel
quoties

quoties opus fuerit. carbones per id in
fornacem commodè immittatur, cum
oblongo batillo ferreo, per quem car-
bones leniter delabantur circa & infra
cucurbitam, ne forte cucurbita læda-
tur. In quatuor angulis etiam superius
relinquenda sunt foramina, siue uenti-
lia, ut uulgus uocat, in singulis singula,
& totidem epistomia ex luto paran-
da. Carbonibus iam impositis & igne
ardente, foramen fornicis imposita scu-
tella ferrea, aut ipso batillo, clauden-
dum est, & foramina angulorum relin-
quenda sunt aperta, ut aditus pateat
aeri. Cucurbita in medio fornacis col-
locari debet super huiusmodi ferro,

 quod parietibus fornacis
utrinque insertum sit. in huius ferri
medio concauo imponetur cucurbi-
ta. Os uerò cucurbitæ extra forna-
cem modicè prominere debet per fo-
ramè, quod statim luto oppleri & clau-
di debet, ut nullus illac aeri aditus re-
linquatur. Deinde cum recipientis

uasis (quod uitreum & bene magnum
 requiritur, fortene distentum spiritib.
 rumpatur, uel ut longius à fornace ab-
 sit) ore cucurbitæ os committi debet,
 ut alterum alteri inferatur. hanc com-
 missuram luto optimo cum albumine
 oui & linteis circundabis diligentissi-
 me, ne spiritus usquam exhalent. Hoc
 lutum siccare permittendum est, anteq̃
 rem aggrediaris. Præterea, debent ad-
 huc duo foramina in duobus fornacis
 lateribus oppositis fieri, (nō in illo per
 quod cucurbita prominet, nec illi op-
 posito latere, sed reliquis duob.) Hæc
 etiam suis epistomijs claudenda sunt,
 ut calor intus contineatur. Horum fo-
 raminum usus est, ut carbones per sum-
 mam fornicem demissi, ferramēto per
 hæc foramina immisso ritè digerantur
 ac disponantur, infra, supra, & circa cu-
 curbitā, ut illa omnino in medio ignis
 sit. Per eadem foramina curabitur ne
 craticulæ pauimētum carbonibus aut
 cinere nimium obstruatur, & excludat̃
 aditus

aditus aëris, mouendo cum ferramento. Quo factò, mox iterum epistomijs suis claudenda sunt foramina. Ab ima etiam parte fornacis hostiolum relinquendum est, mediocriter amplum, ut aer infernè adeat, ne suffocetur ignis. Paulò supra hoc hostiolum bacilli ferrei transuersi ordine ponendi sunt, quibus induci oportet ex luto pauimentum, pollicis crassitudine, plurimis & frequentibus foraminibus peruium, ut accessus sit aeri. foraminum ea capacitas erit, quæ pollicis in ambitu. Diligentissimè uerò curandū ut ignis satis magnus per tres dies noctesq̃, ut dictum est, continuetur, nec ulla intermissio fiat. nam sic quoque oleum et opera perderentur. Sic rebus omnibus instructis & fornace & cucurbita siccatis, incipies destillationem, ualidum cum carbonibus ignem continuando, ut dictum est. Tandem in fine tridui exacti, recipiens uas incipit clarum & album fieri, igne adhuc in uigore suo ardente: atq̃

hoc signum est perfectionis. Itaque ignem extingui patiêris, & fornace refrigerata, deme uas recipiens, & in manibus huc illuc uolutando inclinandoq; omnes in eo guttas concretas collige, & oleum siue liquorem sic collectum effunde in uasculum ex optimo uitro Veneto cõfectum: periculum enim foret, ne uulgare uitrũ ab eo exederetur. consumit enim & corrodit instar aquæ fortis. Hunc liquorem Empiricus ille, cælandi nimirum causa, oleum philosophorum, lapidem philosophorum & lepram nominabat. dissolui in eo argentum dicebat si purum & tenue uel in laminam redactum inijceretur; & similiter numos argenteos. ego tamen post mortem eius integra in eo argenti frustra reperi. Cucurbitam terream aliquando ei dissilijsse audio. quare curandum est, ut habeatur ex terra optima, accersenda forte Haganoa, aut Colonia Agrippina, aut Aquisgrano. illic enim optima & ualidissima omnium
testacea

testacea uasa fieri aiunt. Asserebat præterea hunc liquorem in uase, quo continetur, crescere. Conficiendi modum ab aurifabro quodam primum acceperat.

De chalcanti, id est uitrioli, & specierum eius adustione siue tostione, eadem ferè Bulcasis scribit libro tertio de medicaminum præparatione, quæ nos supra in præparatione eius ad oleum uitrioli parandum. Sed in quem usum ita torreatur Bulcasis nõ meminit. Præparatur autè siue torretur eodè modo zimar quoq; apud eundem. Ipse quidem inter diuersos olei de uitriolo modos illum præfero, quem iam proxime descripsi. Est enim eo modo destillatus liquor acerrimus omnium, & simul acidissimus, ut acetum metallicum dici possit, quantum mihi uideat. quam obrem à quibusdam summopere commendatur ad extinguendã sitim præstatem, unica eius gutta in haustum uini admixta, sicut in Germanico quodam

libro manuscripto reperi, ubi & hoc additur: Vitriolum in cucurbita transfusa luto munita destillatur per flammam ignis. fluit autem uix tertio die, & primum aqua.

Alius modus ex eodem libro. Vitriolum perfunde aqua forti, quæ pinguedinem eius extrahet, à qua si aquam fortem destillando separes, oleum remanebit. Sed forsan hic modus non satis tutus est, ut intra corpus sumatur liquor olei ita paratus: extra corpus uerò & ad oris mala rectè adhibebitur.

Olei aut quintæ essentiæ uitrioli mentionem alicubi apud Lullium in opere de quinta essentia legisse memini. Quæ ratione uerò parari debeat in nullo hætenus publicato libro: adeò omnes hanc rem ueluti secretissimã cælarunt. Nam descriptio quam ex Nicolai Massæ libro de morbo Neapolitano, subijciam, intra corpus sumi non potest.

Exusto chalcanttho, id est uitriolo, aut mysi id est uitriolo Romano, u
ignis

ignis per uitrea uasa oleum detrahitur acutissimum & calidissimum, quo si quis iam fauciatus uerrucas tangat, abscedet illæ. Idem gustatū ferit linguam haud secus quam candens ferrum. Est tamen illius usus ad siccanda ulcera interiora deplorata, ubi non multum sordida fuerint, ut in quibusdam contingit phthoe laborantibus absq; dolore. facit ad præscindendos cancos & corrupta membra, ligno oliuæ illito ex eo, Cardanus. Eiusdem coniecturam supra scripsimus, quòd oleū ex mysi uel arsenico foris inunctum à uenenis liberare uideatur. ¶ Spiritus siue quinta essentia uitrioli laudatur à quibusdam empiricis aduersus comitiam morbum & apoplexiam.

Atramentū futorium soluit aluum, cum ipsum in melle & aqua mulsa drachmæ pondere potū, tum in uino, maximè oleum inde confectum, Ge. Agricola lib. 3. de natura fossilium.

Vitrioli oleum non solum homines,

sed & arbores interficit: ideo in secessu parandum, ubi nullus habitet. Albucaſis & alij modum conficiendi ostendunt, Brassauolus. (Ego non ipsum oleum, sed fumum uitrioli dum igne torretur & præparatur ad destillationem, addeò noxium esse dixerim.) Et rursus, Ex chalcantho, id est uitriolo, oleum fit adeo urens, ut pro igne potentiali utamur. est enim causticæ naturæ. & cum pauco dolore incidit membra, si ex olea cultro inuncto tangantur.

Dum oleum paratur, fumum cauere oportet. quoniam non solum hominem interficit, sed & uicinas arbores exiccari cogit. Cuius experimentum nouit Franciscus de Monte, fractorum ossium & dislocatorum reparator egregius: cui omnes arbores uiridarij, per uitrioli fumum periêre dum eius oleum pararet.

Oleum de uitriolo mirabile est, sine dolore cauterizando, & fit hoc modo. Vitrioli Romani siue Cyprini un-
ciæ

ciæ triginta, falis nitri, aluminis rochæ, utriusque uncia quatuor. Omnia trita calcinentur igne secúdu artem. Postea pone hoc calcinatum in bociâ curua lutata ad ignem fornacis alchymistarum, & per ignem auctum habebis in recipiente oleum: quod est cauterium mirabile, & sine pari in quacunque operatione, & maximè in scrophulis et uerrucis magnis eleuandis. Sed recipiens sit magnum, si uis facere prædictum oleum, Nicolaus Massa in libro de morbo Neapolitano, & Thomas Philologus, qui uitrioli drach. xx. accipit. aluminis uerò & falis ana xxiiij.

Aqua ex metallis diuersis, (ex libro quodam Germanico) ad lepram, maculas, & oculorum caliginem. Limaturæ argenti, cupri, chalybis, auri, ana: quátum habere poteris, die primo pones in urina calida pueri aut puellæ uirginis: postridie uerò in medullam panis calidi, tertio in albumé oui, quarto in lac mulieris puellam lactantis,

quinto in uinum rubrum. Deinde hæc omnia impone in destillatorium et paruo igne destilla: & serua. Incomparabilis enim eius facultas est. Prodest aduersus lepram, & omnes in facie maculas, & nitorem iuuenilem faciei conciliat. facit & uisus claritatem. Hæc aliter leges in Additionibus in Breuiarium Arnoldi de Villa noua 1.18.

DE AQUA FORTI ET
similibus.

AQuæ forti similem quandam, ex uitriolo, sale nitri & alumine destillatam paulo ante descripsimus, aduersus magnas uerrucas, &c. Sed et cõmunis aqua fortis, & simplex oleum de uitriolo, gutta immissa in uerrucam prius resectam, tollunt eã. cuius rei in me ipso experientiam feci in uerruca sessili in extremo digito, cui nouacula resectæ guttam aquæ fortis immisi: inde tamen non statim, sed post aliquot septimanas

manas uerruca discessit.

¶ Aqua fortis uel separandi metalla, sic fit. Halinitri pars una, liquidi aluminis (quod rochæ uocant) partes tres. arenæ media, siccata diligenter & purgata igne destillantur uitreis uasis. Colligitur autē seorsum quod prius effluit: cum crocea demum uidetur uasis facies, auctis ignibus alia succedit, quæ priore excipitur plerūq; & tamen si aqua fontis excipias adhuc adeò acris est, ut nihilominus argentum dissoluat, & ipsum ab auro separet. Separetur autem sic. Aquæ extractæ partem modicā accipe: cui argenti purissimi pondus oboli, id est duodecim granorum impone, ac impositam cineribus tandiu permitte donec dissoluatur argentum. Hæc purgamenta calci tenui similia in imum uasis demittet, quibus sublatis quod reliquum est aquæ purioris, toti aquæ à qua iam detraxeras, addes, quæ simili exemplo & ipsa purgamenta illis similia in imum demittet, quibus sublatis

aquam totam purissimam, ac magis habebis ad argentum, ac cætera metalla præter aurum (aurum quoque aqua forti à chymistis dissolui puto, sed alterius generis) dissoluendum efficacé. Cum uerò facile euanescat, uase uitreo diligenter occluso tenetur. Vires autem æstimanti quantas habeat, quæ excepta, ut dixi, aqua putei, etiam sine igne horis xxiiiij. argentum in aquam redigat, modicum autem cinerum calore in duabus aut tribus horis, non est qui miram uim uaporibus illis extremis, ac aquæ in quam uertuntur, imò incredibilem non tribuat. Eiusdem generis est aqua quæ fit salibus, ammoniaco nitroq̃, tum chalcantio & alumine liquido æquis partibus, addita illis demum æruginis parte quarta. hæc eadem arte facta, nec ipsis parcit lapidibus. Si tamen aliquid ostracitæ lapidis, smiridis uocati, quo gemmas expoliunt, addideris, copiosior aquam & meliorem habebis, quia
non

non uritur. His igitur experimento acceptis, uideam⁹ cura qua hæc adeò potens euadat. nanq; manifestum edocet experimētum, sicciore⁹ partem ui ignis attenuatam, uim igneam ac erodentem accipere. Sed cur non ardet aqua separationis, ut ardens? Quia ardens calidior est ac tenuior, & minus sicca, idè ardere potest, & egregiè calefacere, non tamen erodere. Illa uerò erodere potest, non ardere, parumq; calefacere. Simili igitur ratione quodè chalcantio oleum ui ignis excipitur, cum siccissimam partem in humorem uertat, acutissimum est, atque linguam ut ignis ferit, Cardanus. Non est autem quòd aliquis putet, hunc liquorem ad aurifabros solum & chymistas pertinere. Nam ad remedia humani corporis quoque prodest. Verrucis prius sectis instillatur, ut supra dixi. Sunt qui exiguum ligellum extremitate in ipsum intincta, dentis cavitati immittant, quem sensu doloris priuare

re. Quòd si eo pilum uel pannum aspergas, apposita flamma ardebit manifestè sine detrimèto. Ex libro manuscripto. Verisimile est autè destillatum, ui ignis ex hac materia liquorem, ad eundem effectum longè efficaciorum futurum.

Aqua ad dealbandos dentes, qua utebatur Isabella de Arragonia, ducissa Mediolani. Salis purgati & contusi libra, aluminis glacialis uncia, destillentur in alembico. Huius aquæ unciã misce cum uncia plantaginis: & intincta lana xyliua dentes perfrica, eruntq; nitidissimi, Furnerius.

Alia similis, ex eodem. Salis ammoniaci, salis gemmæ, utriusq; unciæ tres. Aluminis saccharini fescuncia. Salis communis uncia. Trita destillentur in alembico uitreo. Extracto inde liquore dentes cum petra fricentur. deinde abluatur os modico uino albo. Vide supra in fine aquarum cosmeticarum, eandem descriptionem, sed absq; sale communi: cuius usus etiam sine destil-

latione ostenditur.

Aqua angelica mirę facultatis ad lippitudinem, cancrum, & uftionem ignis. Vnciæ tres calcis uiuæ, & felibra aquæ pluuialis, simul in uitreo aut ftanneo aliquo uafe per tres dies quiefcant. Tum miscendo agita, & iterum per uiginti & tres horas aut amplius refidere permitte, in uafe bene o-perto. Poftea per linteum cola leniter, donec clarefcatur. Deinde admiscebis drachmas decē falis ammoniaci, quàm poteris reperire albiffimi, & minutiffimè triti, & longa agitatione cum aqua prædicta liquati. Deinde cum refederit, fuperftantem aquam clarã colabis aliquoties, aut per filtrum deftil-labis. Hęc aqua curat pannum uel maculam (la toile Gallicè, id eft telam) oculorum, tribus guttis ter quotidie inftillatis, continuando donec fanetur oculus. Lachrymas quoque oculorum & rubedinem ac lippitudinem tollit: item cancrum, & aduftionem fi rectè appli-

applicetur. Omnes panni tum serici tum lanei maculas aufert, si ea modicè tepida eluantur, Furnerius.

Vrina humana destillata ad resoluendum aurum chymistę utuntur: typographi ad atramentum librarium.

Aquas diuersas, uehementer siccantes, acres, erodentes, ad pustulas morbi Gallici absq; unctione sanandas, lege apud Nic. Massam lib. 6. ca. 2. de morbo Gallico.

Aqua ardens quædam cum auripigmento, &c. destillata, describitur à Rogerio chirurgo.

DE LIQVORIBVS

gemmarum.

CArданus libro 2. de subtilitate, inquirens aquam quæ per cathetêrem immissa calculos uesicæ frangere possit, suspicatur ex tecolitho, aut lapidibus cancrorum talem excipi-

posse, &c. ut supra recitauimus, in tractatione de uiribus liquorum destillatorum in genere. Ego ut coniecturam coniecturæ addam, siue hos siue alios lapides aut uitrum, cum succo parietariæ destillarem.

Spiritum siue quintam essentiam berilli, chymistæ quidam magnificent ad uersus renum aut uesicæ calculum.

DE SOLIDIS QUIBUSDAM,

ut argento uiuo præcipitato, & eodem & arsenico sublimatis.

A Diciemus hîc solida quædam medicamenta, quæ & ipsa in uitreis uasis ad ignem sublimantur aut excoquantur, & si ferè præter institutum cû de secretis tantum, id est separatis à substantia crassiori liquoribus in hoc libro agere propositum sit. Quoniam tamen & pauca sunt hæc remedia, & sublimantur (hoc est, similibus ut prædicti liquores instrumentis parantur,) & hætenus
ferè

ferè secreta, hoc est à paucis nota & usitata, & mirè efficacia, non omittenda duxi.

Argentum (uiuum) præcipitatum sic fit, ut scribit Cardanus libro 5. de Subtilitate. Alumen, chalcantū, æquis partibus sumito, quibus adde salis dimidio plus altero eorum. destilla hoc totum cum uitreis uasis. Huius aquæ (id est aquæ fortis uulgò dictæ) pondo unum, argenti autem uiui tria in uas uitreum pone, inde destilla: & auctis ignibus perseuera eousq̃, donec fumus & uas rubescant, nec aquæ quicquam supersit. Demum fracto uase collige argentum uiuum, quod coire iam uidebis instar lapidis. hoc tenuissimè terito in porphyritide tabula, & denuò excoque ac destilla, donec siccetur in uase uitreo. Rursus fracto uase materiã quæ superest collige, ac denuo tere in tabula eandem subtilissimè. Pòst ipsum in æneo uase repone, suppositoq̃ igne ualido, cum æneo baculo misce ac agita

per spatium duarum horarum, donec splendorē fermè ac rubedinem minus acquirat, tuncq; exceptum serua uitreis uasis. Hoc inter omnia quæ citra dolorem carnes erodunt, & siccant putrescentia ulcera, si ritè factum fuerit, est præstantissimum: nec ulli alij usui est quod sciam, Hæc ille. ¶ Dissoluantur aceto forti, præsertim destillato, uel succo limonum, margaritæ, &c. præcipitatum, & sublimatum, & cinnabrium, & in argentum uiuum redeunt, Sylius.

Modus cõficiendi pulueris rubri, id est argenti uiui calcinati & præcipitati, ex Mariano Chirurgo. Aquæ fortis uncia sex, argenti uiui uncia quatuor: misceantur simul in cucurbita uitrea bene lutata, & imposito capello, cuius rostrum extremum in uas recipiens insinuetur, igne moderato (paulatim augendo,) destillentur. Ceterum aqua fortis, quæ aurũ ab argèto separat, sic fit. Salis nitri, aluminis rochæ, uitrioli Ro-

li Romani, singulorum libræ duæ. misceantur in mortario, molendo cum pistillo tandiu donec benemisceantur. Deinde puluis crassiusculus in cucurbita illutata ponatur, & orificijs omnibus obstructis destilletur. Signū aut bonitatis eius est, si humus in quā parū ei⁹ ceciderit, statim ebulliat. Huius pulveris rubei uirtus est mirabilis. Recipe lixiuij è tonstrina uncias tres. præcipitati fescunciam. mellis rosati uncias duas. misce diligenter. Hoc remedio proculdubio desiccabis et absterges ulcus sordidum & putridum (unde carnis generatio sequetur) ubi alia absterfua, ut de succo apij, de succo cynoglossi, frustra expertus fueris.

Nicolaus Massa in libro de morbo Gallico, Mercurium præcipitatum pulverem angelicū uocat, propter mirabilem & quasi diuinā eius in morbo Gallico operationē, quā ipse nō rarò expt⁹ fit. Hæc medicina (inquit) exiecat, cū miti quadam & sine dolore corrosione

carnis mollis & superfluæ, remouendo simul malam qualitatem occultam ulcerum, & maximè morbi Neapolitani. digerit quamcunq; saniem & purgat, & corrosionem & gangrænam prohibet. dissoluit saniem crassam, duram & crudam, post apertionem gummarum. Et huic remedio nullum in hoc morbo comparari potest. Nam si eo uti pergas, usq; ad perfectum cutis generationem ducit, ut ego sæpe expertus sum. & est nobilis in uirgæ ulceribus malignis. Fit autem hoc modo. Argenti uiuilibra in cucurbita parua uitrea ponitur, & adfunditur tantundem aquæ fortis. Deinde cucurbitam in olla pones, & cineres in spatio inter cucurbitam & parietem ollæ, ut conseruetur olla, ne ex immediato contactu ignis rumpatur. Tum ignis subijciatur, lentus primum, & paulatim augeatur modo quodã medio. & sic cum forti igne dimittatur donec tota aqua consumpta sit, quod cognoscitur cū nihil amplius

plius à cucurbita euaporat. Sic habebis Mercurium calcinatum rubeum. Hunc tere, & si cum eo aliqua portio argenti uiui remanserit, pone dictum puluerem in uase æreo puro ad ignem: & sic miscendo relinque donec tota argenti uiui pars sit consumpta. Hoc puluere utêris ad omnia dicta, & maximè ad ulcera uirgæ & aliorum locorû, ubi putredo & sanies mala prohibet consolidationem. & in fistulis dissolue ipsum cum uino: & iniice per æneam fistulam, quoniam mirabiliter operatur. ¶ Porro aqua separationis auri ab argento sic fit. Vitrioli Romani lib. duæ. aluminis rochæ uncia sedecims. salis nitrilibra: ponantur in cucurbita curua (retorto) lutata, uel in recta cum capello suo & recipiente. Destilla ut alchymistæ. Hæc aqua mirabilis est ad remouendas uerrucas in quacuncq; parte, & maximè in ano & uulua: cauterizat etiam ulcera maligna exedentia ubicuncq;, etiam in gutture: & prohibet

ulcera ne serpant ubi sunt, ut puta uirgæ & uulvæ. Quòd si nimis sit uehemens, cum aqua rosacea diluetur. Et ego sæpe sanaui ulcera mala gutturis tangendo bis in die cum aqua dicta, dimidio aquæ rosatæ admixto: & est de secretis nostris, (uide plura apud eundem libri sexti. cap. 2.)

Cæterum puluerem istū angelicum habui à sene quodam alchymista, & cõponebam cum antequam Io. de Vigo quicquam de eo prodidisset, Hucusq; Massa: & partim Thom. Philologus ab eo mutuatus.

¶ De apparatu & utilitate pulueris huius rubei, lege Ioannem de Vigo libro 5. Additionum. ubi iubet ut uas recipiens triplo maius sit quàm cucurbita, folio 38. b. Et quòd album repperitum cum isto puluere, sit argentū sublimatum à rubro: sicut est quicquid croceum est. Item in Copiosa eius, folio 163. a.

¶ Puluis è Mercurio (inquit Matthæolus

thæolus Senensis in libro de curandi morbi Gallici ratione) conflatur hoc pacto. R. aquæ qua aurum ab argento diuiditur lib. quatuor. argenti uiui sesquilibram. Hæc uase uitreo, ore angusto, collo obtorto, undiq; argilla præmunito, quod ab altero recipiatur, imponatur. compages inde uasorum lutto figulino sedulo obturentur. ad hæc subdatur ignis ex carbonibus cõflatus ut semper ingrauescat, eousq; quò tota defluerit aqua. Post hæc phialam frangas, in cuius fundo residentem placentulam rubeam, leuiter extrahens quod album inhæserit, proijcias: rubeum uerò in puluerè redigas. Verũ enim uero, quoniam ex puluere isto plurimè possent cõtingere noxæ sumētib. ipsum nisi prius ritè præpararet, R. uncias duas prædicti pulueris, & macerent p noctem in aqua plantaginis & acetosæ, utriusq; uncijs duab. inde summo mane aquas exhauriens, & nouas superinfundens, ad ignem in uase æneo siue te-

staceo colloces, feruentes ferrea uel lignea spatula non cesses agitare, quouſque in puluerem non difficulter omnia redigantur, ex quo poteris cum libuerit in morbum Gallicum tam pituitosum, quàm melancholicū, catapotium tale componere. R. electuarij Conciliatoris (cōstat hoc ex uarijs remedijs cordialibus ut uocāt, & aromatibus, gemmis, margaritis, auro, argento, camphora, ambra, moscho: & describitur ab eo Differentia 196.) scrupulum semis, margaritarum, hyacinthorum, singulorum grana quinꝰ. pulueris præcipitati grana quinꝰ. pulueris diamusci, diamargariton, utriusꝰ scrupulum semis. Fiāt catapotia quinꝰ, (de aurentur, Thom. Philologus, qui & terræ sigillatæ & boli Armeniæ ana grana iij. addit) quæ hora ante diluculum sumantur. inde lecto se contineat eger horas quinꝰ. Breui, mihi crede, Gallici dolores hoc catapotio elidentur. Pituita etiam & atrabilis uomitu, nec non alui deiectione euanescent.

evanescent. Ad hæc sunt plurima morborum genera quæ curauimus tali puluere. nam non solum saniem carnemque putridam delet aspersus, uerumetiam non difficulter ulcera ad cicatricem deducit. pestilentiam etiam pauxillo theriacæ addito, succoque tunecis herbæ, quam carduum benedictum uocant, siue electuario de gemmis, ante eius confirmationem, mirum in modum fugat. Multos etiam lymphaticos, melancholicosue, quos à cacodæmonibus incurfari uulgò credebant, eodém curauimus. Quid pluribus immoror? Quartana confectos, saccharo buglossato siue theriaca, Mithridatioué additis, facta digestionem aliqua, hora ante accessionem, quinque uel septem granorum pondere, pro ætate & ui corporis affecti, hoc puluere liberauimus. Quinetiam ualet coli & iliorum doloribus adhibitus. nam quosdam sterces per os eijcientés sanauimus, Pauli Aeginetæ monumentis innixi, qui ait medicos quosdam

argentum uiuum extinctum dedisse in
 ileo. Fascino idem aduersatur: pluri-
 bus ad hæc uirtutibus est insignis, quas
 cum plus otij nactus fuero, sigillatim ti-
 bi (ad collocutorem suum inquit) con-
 numerabo: fortasse tunc iucundissimū
 fuerit etiam explicare, quonam pacto
 puluerem cum auro uiuōque argento;
 siue aqua superius explanata possis cō-
 ficere, Hæc ille. Ego non ita pridem au-
 diui medicum aut chymistā quendam
 apud Athesinos Mercurium præcipi-
 tatum cū auro præparare, auriq; pretio
 uēdere, cui ea facultas sit ut absq; mor-
 su erodat. Vide ea quæ circa finem eo-
 rum quæ hîc proxime subiiciuntur, re-
 feremus.

¶ Quomodo fiat præcipitatū, quod
 est remedium cōtra omnes morbos ex
 humorū putredine nascentes; ex libro
 quodā manuscripto. Ex partib. æqua-
 libus uitrioli Rom. & salis nitri, fac a-
 quam cum capello & recipiente; in
 quo pones sextam partem ponderis de
 Mercurio

Mercurio crudo. hoc est, si uitrioli & falis nitri tres libræ fuerint, pone sex uncias Mercurij. Postea permittite ut aqua cum suis spiritibus descendat in recipientem. Deinde omnia quæ sunt in recipiente euacua in cucurbitam mundam & lutatam: sub qua pone capellū cum recipiente, & iterum fac destillare. & cum aqua erit in recipiente, iterum pone in cucurbita in qua remansit Mercurius. Hoc repetes usque ad Mercurij rubificationē. Deinde rube factum Mercurium ablues aquis cordialibus, ut borraginis & melissæ, & huiusmodi. Prius tamen ablues multoties in aqua fontis uel putei destillata. Mercurium sic præparatum dabis ægrotis intra corpus, hoc modo. Si corpus fuerit robustissimum, da decem grana: mediocri octo: debili, quinque. si puerile, diligenter considerabis quid factum sit opus. Sed omnino miscebis eum cum theriacā. sic dabis ei qui ueneno infectus fuerit, hydrope, peste uel alia

infirmirate correpto. Si homo sanus semel quotannis, aut tertio quoq; anno, prout opus uidebitur, hoc præcipitato utatur, cum debita humorum digestionem, id est præparationem purgationis, morbos plurimos præueniet. Nota quòd loco Mercurij potes uti amalgama facta ex sex partibus argenti uiui, & ex una parte auri, & sic facies maiora mirabilia. (Hoc amalgama nimirum similiter ut Mercurius solus cū aqua forti rubificari debet: et si Matthæolus Senensis, ut paulo ante recitauimus, ex tali mixtura puluerem illum Mercurialem etiam sine aqua forti fieri posse scribat.) Et aduerte quòd potes curare uulnera cum primo uel secundo præcipitato, quo utêre sic: Pone de ipso circa uulnera et intus. Et hoc est magnum secretum. Et scias quòd in quatuor destillationibus hoc perficies: quo facto pone in cucurbita munda in igne, ut spiritus (nimirum hydrargyri sublimati cū præcipitato permixti) quantū fieri potest

test recedant, deinde fac ut supra.

¶ De sublimatione argenti uiui, leges Bulcasin libro tertio Operis quod Seruitorem nominant. De usu uerò eius in cauterijs & ad morbū Gallicum, Nic. Massam libro 6. cap. 2. & eiusdem libri cap. 4. quomodo ad cauteria adhibeatur, tum aliàs, tum ut nullo uel paucum cum dolore fiat cauterium. Utuntur eo hodie quidam ad scabiem malignam et impetigines, &c. tum in hominibus tum in equis. Argentum uiuum (inquit Cardanus) sublimatur hoc modo. Argentum uiuum & sutorium a tramentum in mortarium pari pondere conijce, & aceto albo acerrimo eousque misce, donec argentum uiuum uideri desierit: inde uitreo uase luto oblito excoque donec concreseat. Si quid subterfugerit nec coëat, iterum in mortario addito aceto terito, & denuo excoquito. Argento uiuo sic excocto ad fucum utuntur. dealbat enim et splendorem addit mulierū uultib. Sed dentes

elidit, & foetorem gignit oris. Cæterum ad argenti usum & aurifabrorû artem in non paucis conducit. De sublimatione Mercurij, marchasitæ, magnesiæ & tutiæ, uide Gebrum summæ perfectionis l. 4. 45. & deinceps. Item de sulfuris & arsenici sublimatiõe capite 43. Sublimatum, præcipitatum & cinabrium, aceto forti, præsertim destillato, dissoluuntur, et in argentum uiuum redeunt, Syluius.

Arsenici sublimati Auicenna meminit. Arsenicum siue auripigmentum, (inquit Albertus Magnus in libro de metallis) est de genere lapidum, citrinum & rubeum, quem lapidem unum de spiritibus uocant chymici. natura ei sulfuris in calcificando & desiccando. Igne calcinatum nigrescit, & statim sublimatione efficitur albissimum. Ter quaterue sublimatum tantam adurendi uim acquirit, ut æs perforet, & exurat uehementer omnia metalla præter aurum. Aeri appositum transmutat

mutat ipsum in album colorem. quam obrem utuntur eo falsarij, ut æs simile argento reddant: in qua re plurimum potest.

Medicamenta quæ ad cancrum exulceratum adhibentur, ualentis admodum facultatis esse debent. Inter cætera autem præstantissimum ac tutissimum auxilium in hoc affectu Guidoni à Cauliaco prædicatur, arsenicum sublimatum, cuius egregias dotes supra iam crebrò commemorauimus, & in sequentibus adhuc celebrabimus. Hoc (inquit Theodericus) cancrum, lupum, esthiomenum (hoc est sphacelum, seu syderationem) noli me tangere, fistulam, & omnes tales pessimos morbos, prima die occidit & extirpat. Cæterum magna locorum circumstantium, interim dum admouetur, cura semper habenda est, ne scilicet ea ipsa inflammatione, atq; humorum confluxu, occupentur. Quod incommodum facile deuitabis, si partes illas

uicinas & carcynoma cingentes, bolo Armena, & id genus alijs illeueris. Sed & modo legitimo seu iusta quantitate (quam coniectura tantum artificiali rationalis definit medicus) adhibendum est arsenicum ipsum sublimatum, &c. Io. Tagautius institut. chirurg. 3. 19.

Zenzifar, id est zinabrium quomodo fiat per sublimationem, uide apud Bulcasin & Cardanum libro 5. de Subtilitate. Auripigmenti calcinatio, ut colorem rubeum trahat: apud Io. de Vigo in Antidotario, folio 163.

Tartarum, id est sæx arida uini, quomodo acuat, ut miras ad remedia quædam facultates habeat, (per destillationem aquæ ardentis,) docet Lullius lib. 2. de quinta essentia.

Lapidem cyaneum, id est lazuli, empiricus quidam mihi retulit ita se præparare, ut efficacius & tutius atram bilem educeret à melancholicis hominibus & insanis. Et primò, si rectè memin-

mini, dicebat oportere illum calcinari, deinde sublimari: aut prius aquam uitę optimam super eo in cucurbita posito destillari, deinde sublimari, & aqua uitę sexies destillata rigari, sic carię.

Sal ut purior uel cibus uel remedijs addatur, aqua permistus destillatur per filtrum, & rursus ad aquę consumptionem decoquitur. Idem purgatus in crucibulo aurifabrorũ magno igne liquatur & funditur. Sic liquidus miscetur cum sale alcali, (aut eius loco felle uitri albo [nam & nigrũ habetur] quod aliqui sagimen uitri uocant, alij zoza, ut audio, & sale gemmæ. His tritis utuntur pro chryso colla, aut etiam chryso collę partem admiscent. Sed mixtura hæc nimium acrimonię habet, & aliquid auri consumit. quare ad rudiora tantum opera eam adhibent: ad subtiliora uerò borace solo utuntur. Sunt qui boracem, sale comunem fusum, & sale alcali miscent, partibus æqualibus, & in secretis habent pro borace,

Sed hæc extra rem medicam sunt.

Fuligo ex pice & butyro quomodo colligatur, leges apud Dioscoridem & Bulcasin.

DE ALIIS QVIBVSDAM

non alchymicis siue non destillatis aut sublimatis remedijs, sed per alios diuersos modos ingeniose præparatis.

QVæ hæcten^o descripta nobis sunt remedia, omnia liquorum nomine comprehenduntur, quæ nihil terrenum sibi admixtum habeant, sed uel aqueæ, uel aereæ, uel igneæ sint naturæ, siue aquæ, siue olea, siue tertium quoddam genus liquorum. Omnia uasis quibusdam alchymicis, & ui caloris parantur. Sed quoniam scopus illorum (nempe ut quod in unoquoque remedio optimum & præcipuum est, id à terrena, crassiore & impuriore materia abstractum, purum liquidumque habeatur,) latius

tius patere, & alias quoque nonnullas medicamentorú præparationes, apparatus, aut compositiones extendi uide tur: uisum est Corollarij instar, hîc quæ dam adiungere, quæ non omnino trita nec passim obuia forent. Nemo aut ple nam aut exactam et in genere cõponen di rationem à nobis hîc expectare debet: quum pauca tantú, & quæ obiter occurrerint, atq; hæc omnia tanquam pãrerga simus tradituri. Si qui uerò plu ra & plenius de diuersis parandi præpa rãdiq; remedia generibus & modis de syderat, is Iacobi Syluij & aliorum hac de re libros adeat.

De oleis diuersis.

3 Olea odorata & pretiosa pleraq; in uase duplici coqui uideo.

Oleum odorem ac uires plantæ refe rens, in his quæ oleú abunde cõtinent, facile exprimitur: (aut fructibus eo rum in aqua incõctis colligitur.) At in

quibus oleum non abundat, tribus modis odorem ac vires oleo exprimere solemus. Vulgatiore illo atq; antiquiore Dioscoridis, in purum oleū flores quadratio infundebantur, exponebāturq; in Sole, inde expresso oleo diligentissimè, tantundem florum recentium addebatur, ac rursus sub torrente Sole exponebatur, totiesq; id facere licebat, donec odorem oleum combiberet. addebantur & spissamenta pro unguentis, ut ex melle tum alijs odoratis. Secundus modus expressione constat, in quibusdam absq; artis auxilio, ut in myrobalano, in alijs quę sicca sunt et sponte odorata, ut myristica nuce læui in uino macerata & torculari expressa. Sic ex aromatibus oleum licet subtrahere. At quę odorata sunt, sed olei carent substantia, ut flores, hoc exemplo reddunt. Flores super amygdalas conspergito ac sub ipsis, alternatq; dispone florum & amygdalarū folia, compressaq; tandiu tene, donec florum odor euanescat.

scat. quibus abiectis, pro eis alios flores suppone eadem ratione. & hoc toties repete (nā non una est ratio in omnibus) donec amigdalæ maximū contraxerint odorem, inde illas torculari subijcito. Oportet autem prius cortice nudare eas & paululū torrere. Hoc modo plus contrahit uirium oleum, & minus corruptioni obnoxiiū fit, quòd succi (aquei) nihil in eo relinquatur.

Tertius modus destillatione fit, (de quo supra dictum,) Cardanus.

Oleis plerisq; ad ignem coquendis, uini non nihil additur: quo minus adustionem oleant, & ad eius consumptionem coquuntur. Sed flores & quæ tenuis substantiæ sunt, præstat non coqui in oleo, aut saltē non bullire in eo, &c. Plus autem uini addendum est, si multæ sint species quæ oleo miscentur & diutius coquendæ: ita ut aliquando subduplum sit uinum ad oleum. Quædam in uino prius macerentur, deinde succus expressus additur oleo, & simul

incoquitur, uel per se, uel cum parte terbinthinæ: ut in oleo de hyperico fit.

Iasminum fit ex uncijs duabus florum iasmini dies quinque insolatis in libra olei, quod deinde lento igne coquitur.

¶ Oleum ex amygdalis dulcibus, caryophyllis integris additis per octo dies insoletur, mirè odoratum fiet. Cæterum exprimendi de amygdalis olei diuersos modos apud Mesuen leges, & in scholijs Syluij in eundem. qui ad alios etiam plerosq; fructus & semina à quibus oleum exprimitur, accommodari poterunt. ¶ Oleo ex amygdalis am. utimur loco olei de nucleis persicorum, sed hoc quàm illud exiccat magis, Braffauolus.

Oleum ego parare soleo ex seminibus & siliquis rubentibus capsici, siue cardamomi Arabici: aut siliquis eius solis, in oleum iniectis. quod pro oleo de piperibus, aut etiam de euphorbio substitui potest, si maiore copia iniiciatur.

tur. pipere enim lóge uehementius est. Apud nos (piper rubrum uocant, uulgo aliqui non rectè filiquastrú) pauca filiquæ maturescunt, propter frigus autumnii præpropèrum. Sed immaturæ etiam filiquæ in hypocauftis aliquot diebus suspensæ siccataeque, ad oleum rectè addentur. Satis enim acrimoniæ habet: Quam in tota plâta nullam esse usquã, cum & radicis fibræ minimæ & sine sapore sint, & folia caulisque insipida: in filiquis uerò tam excellentem, res digna admiratione est. Sunt qui propter uehementem eius calorem uenenis ferè adnumerent, ut Cardanus: quod ego non laudo. Neque ignem aliquis uenenatum dixerit, quantum cuique urat: cum nullam præterea qualitatem uenensam habeat. Capfici quidem huius tum feminibus tum filiquis etiam ipse sine noxa usus sum in iusculis, sed perexigua quantitate!

E cerasorum nucleis oleum faciẽ abstergit, maculas & lentigines aufert:

utile etiam arthritidi, et calculo renum & uesicæ. Fit autem ut oleum ex amygdalis dulcibus, Furnerius.

Oleum de fœno sic fit. Accendatur fœnum, & extinguatur: & post ponatur super carbones: & cum resoluitur in fumum, superpone laminã ferream: & adhærebit quedam unctuositas, quæ dicitur oleum de fœno. Hoc oleũ per plumam illinatur impetigini & serpigini, Rogerius.

Oleum de frumento inter duas laminas ferreas medio criter ignitas, (uel ut Rasis habet, inter marmor & laminam ferream crassam) fit: sed multò melius, ut audio, per destillationem. commendatur ad asperitatem cutis & impetigines, Furnerius & alij. Sunt qui etiam ad fistulas, & cutis fissuras seu rimas prodesse prædicent, Mattheolus. Vide supra inter olea destillata.

Oleum de baccis hederæ, similiter ut è baccis lauri extractum, iuuat contra arthritidem ex frigida causa, uel obstructione:

structione: & membra torpida ac paralytica restaurat, Rogerius.

Oleum de hyperico mirabile. Summitatum hyperici uncia tres infundantur triduo in uino odorifero quantum sufficit, post coque in uase duplici bene obstructo, fortiter exprime. Hypericum nouum similiter macera, coque, exprime. adde terebinthinæ uncias tres, olei antiqui uncias sex, croci scrupulum. Coque ad uini consumptionem. Hoc oleum (inquit Syluius) incerti est authoris: Galenus tamen uinum austerum, in quo folia androsæmi uel ascyri (quæ species sunt hyperici) cocta sint, uulnera etiam grandia glutinare scribit, & hypericum calidum siccum tenuium partium ischiadicis utiliter bibi quibusdam. Ex quibus & reliquorum hinc mistorum uiribus collige id oleum roborare, digerere, & tenuare. Ex substantijs enim contrarijs componitur, Syluius in Mesuen. Eandem descriptionem ponit Brassauolus in

Examine simplicium cap. 519. Sunt (inquit) qui in uitreatum uas flores simpliciter ponant, ut per se ui Solis oleum educatur. alij sub terra condunt. alij infundendo parant, siue ex folis floribus, siue pluribus admixtis, (ut iam uerbis Syluij docuimus.) Sic paratum in uitreato aut uitreo uase seruât. Sed hæc à Mesue & recentioribus clarè exponuntur, Hæc Brassauolus. Sunt qui lumbricos addant & per mensem uel amplius in cella uinaria relinquât, in olla luto aut pasta obstructa, deinde paulatim in eadem circiter horas decem coquunt, per saccum colant & exprimunt. Est autem optimum quod primo colatur. Color olei ferè puniceus, sapor subacris. Vfus ad uulnera, puncturas, & quasuis offensiones, & natos inde tumores. Quidam & malignis crurum ulceribus adhibent.

Alia compositio olei de hyperico, quod uulnus quoduis, magnum aut, paruum,

paruum, intra uiginti quatuor horas curat, ex libro quodam Gallicè imprefso sine authore. Hyperici manipulum. Olei communis libras duas. Axungia colatae purgatae libram. Terebinthinae Venetae trientem. Croci drachmam. Omnia subtiliter incidet, & mixta in magna phiala uitrea, quam cera & aliter optimè obstruxeris, fimo immerges ad pedes duos aut amplius: in loco quem Solis radij mane & uesperis maximè feriant. Anno demum euoluto exime phialam, in qua reperies oleum balsamo simile. Eo uti oportet quàm tolerari potest calidissimum.

Oleum fit etiam è iuniperi baccis per expressioné, ut alia ex feminibus, Brasfaulus.

Oleum è baccis lauri & iuniperi uino maceratis, extunditur mola, coxarijs & frigidis articulorú uitijis ac doloribus utile, Iac. Hollerius.

Oleum laurinum. Bacca lauri

h 2

uirides tritæ decoquãtur in oleo & colentur. Aliter: Baccas lauri maturas terre cum folijs, decoque & cola. Aliter: Baccæ tritæ infundantur in uino, & maceratæ per triduum, exprimãtur in torculari. Vel recentes & maturæ contritæ ponãtur in sacco, & oleum extrahatur.

Vtile est contra colicam, iliacam & ischiadem, Rogerius.

Oleum è nuce myrepica incude & candenti ferro pressa extringitur, Jac. Hollerius.

Olea ad mitigandos dolores ex herbis quibusdam cõquassatis & oleo incoctis fiunt, ut è calendula, roremarino, maiorana & alijs, Jac. Hollerius.

Oleum ex nucibus myristicis siue moschatis. Diuide eas in parua frusta. & triduo in Cretico uino infusas siccatò in umbra per biduum, inde in sartagine calefacito moderatè, inspergesq; interim rosacea aqua, atq; sub torculari exprimito, Cardanus,

Audio

Audio aliquos macerare non in uino, sed ipsas per se nuces contusas calfacitasq; exprimere. Ipse nuper hoc modo parauit optimum, à Gallo quodam edoctus. Nucum moschatarum uncias ferè quinque per noctem in uino crassiuscule tritas posui in uase uitreo, ita ut uinum mensura digiti emineret. Postridie hanc materiam in sacco linteo inclusi, extremitate ligata ne possèt excidere. deinde filis passim obductis constrinxi, ne possent simul in unum acceruari. Sed in patella prius calfacienda est materia, non nimium, sed quantum adhuc tolerare digitus potest, atq; ita in sacculum transfusa mox obliganda, exprimendaq; est torculari ligneo paruo, cum exiguo lacu ligneo fistulã habente quæ deorsum uergat, imposto sacculo, &c. Exprimitur autem ferè octaua pars ponderis nucum, ita ut uncia nucum drachmã olei reddat: si modo nuces succulentæ satis fuerint. Licebit etiam denuo eandem materiam ca-

lesactam, ut prius exprimere: sed perpa-
rum & minus bonum secunda uice o-
leum exprimetur. Præstat igitur mate-
riam istam relinquere, & in sacco sic-
care: qui cum opus fuerit uentriculo
aut eius ori applicetur. Hoc oleum sta-
tim expressum solidiusculum est, &
quasi per grumos separatum, qui om-
nes è uino diligenter colligendi sunt,
& uino ab eis colato per linteum in u-
nam massam redigendi, digitis com-
primendo ad ipsam lancem in quã ex-
pressa est materia, ut uinum omne dili-
gentissimè separetur. Substantia qui-
dem & color ceræ similis apparet.

Lentis aut pisi magnitudine ori uentri-
culi inunctum, mirè eum corroborat.
Audio quosdam inunctiōe eius ad Ve-
nerem excitandam uti. Deglutitū cale-
facit mediocriter uentriculū, & anhel-
itū cōmendat. ¶ Audio præterea quos-
dam nuces cōtusas aliquandiu coque-
re, (nescio in uino an aqua,) & quod su-
pernatat pingue colligere. Memini e-
tiam

tiam aliquando uidere ferreum instrumentū forcipis effigie, cuius ferramēta duo extrema hemisphærijs constabunt cauis, ita ut compressa nucē moschatā caperent, uel paulo min⁹, ut cōpressio- nis occasio esset. Hemisphæriū alterum circiter quatuor aut quinque exiguis foraminibus ptusum erat, ut oleū posset effluere, ferramentis moderatè ignitis compressis. Inueni & hanc descriptionē in libro quodā manuscripto. R. nucis moschatæ libras duas. Vini Maluatici uncias tres, quibus nuces moschatæ (crassiusculè nimirū tritæ) rorēt. Addatur olei communis electi selibra. Mixta omnia calidè in torculari exprimātur. Sed noster modus, quem ipse expertus supra descripsi, præ cæteris mihi placet.

Rosaceū oleum parandi plures sunt modi. Fit autem uel cum oleo & rosis maturis, uel utrisque immaturis, uel maturo altero, altero immaturo, & sic quatuor sunt differentiæ. Sunt qui

pro oleo communi amygdalinum accipiant. Rasis in Antidotario separato, ponit tres modos. Primum: R. olei communis loti libram, cui impones quartam partem rosarum uiridium in uase uitreato (uitreo potius) quod Soli expones per tres (imò quadraginta, ut Aegineta habet) dies. Deinde cola, & in uetro repone. Hic modus cæteris præstat. Secundum: R. oleum & rosas ut supra, & uas suspende in puteum, ita ut tanga- tur ab aqua, & post duos menses exime, cola, ac reserua. Tertium: Oleum & rosas ut supra, pone in uase uitreo intus melle illito, quod obstructum dimittes in profundo terræ, ubi non tangatur ab aqua nec alia humiditate, per duos menses. Hoc oleum odoratius fit superioribus, Hæc Rasis ex Aegineta ut apparet. Iubet autem Aegineta libri septimi capite uicesimo, ad sextarium olei omphacini, addi uncias tres rosarum rubrarum detractis unguibus per horas 24. aeri expositarum, deinde oleum diebus

diebus 40. sub dio insolatum reponi, non in pavimento, sed aſſere. ¶ Meſue capite 4II. quatuor modos deſcribit. Primum, ut roſæ rubæ recentes in oleo inſolentur per dies ſeptem, deinde in uafe duplici coquantur per horas tres: deinde (exprefſis roſarum folijs) alia imponantur, & inſolentur & coquantur, ut ſupra. Quod cum tertio factum fuerit, adde oleo aquam inſuſionis roſarum (quam, inquit, præſcripſimus in capite de ſyrupis,) ſicut quartã olei, (ſ. partem, ut habent Monachi. Syluius uertit, quantum eſt oleum, quod minus placet.) Ita per dies quadraginta inſolatum, cola, & iterum diu inſola. Secundum, oleo loto admiscendo ſuccum roſarum, & aquam inſuſionis earum, & folia contuſa: tum inſolando et permutando ut ſupra, &c. Tertium, ut cum amygdalis dulcibus purgatis: & exactiſſimè tritis in pila, folia roſarum iterum terantur. inde fac offas, easq; in aere calido horis uiginti quatuor ſer

ua. Deinde iterum tere & subige in mortario quàm exactissimè, affusa pauca aqua infusionis rosarum calente. Tandem torculari exprime oleum, uasi uitreo impositum opercula & infolla. Quartum, ut cum sesamo excorticato fiat eodem modo qualiter cum amygdalis. Sed rosis immaturis aptiora sunt amygdala: maturis, sesama, Hæc Mesue: apud quem Syluius, Prima (inquit) compositio ex quatuor iam dictis, multis est in usu: Parisiensibus autem compositio Nicolai in ipsius Antidotario dicenda. Et rursus, Oleum rosatum audio fieri odoratissimū, putrefactis mēse uno rosis sub fimo in uase bene operculato. Eadem ratione ex mastiche uulgari, & rosis incarnatis & moschatis, & similibus fieri posse confido odoratissimum sine ullius olei mixture. ¶ Rosas, absinthium, uel aliud odoratum coque in aqua cum quarta parte olei, donec aqua tota absumatur, & oleum habeat uires illas. Sic

ex

ex tempore paraueris oleum ex quaque re. Cardanus ex Symeone. ¶ Sunt qui rosas contusis, et in aqua simplici decoctis, spumam pinguem innatare dicant, quæ colari uel penna colligi possit. ¶ Alius quidam mihi retulit, folia rosarum recentia in aqua ad spissitudinem ferè mellis coqui oportere, deinde cochleari comprimi, ut oleum uel spuma in id ingrediatur. miscebitur autem simul etiã aque aliiquid, proinde in uitrea ampulla collectus liquor Soli exponitur, & oleum supernatans separatur.

Oleum de floribus sambuci, complanat & abstergit cutim, neruos corroborat, & doloribus eorũ succurrit, Furnerius.

Oleum de spica podagricis utilissimum, quod medicus quidam mihi nuper cõmunicauit. Floribus spicæ nardi in umbra torrefactis, uas uitreum imple, & superfunde oleũ oliuarum, ita ut digiti mensura excedat. Infolatum

triduo, sex aut septem ebullitionibus ad prunas in cacabo bullire fac, & cola fortiter exprimendo: tum alios flores siccatos superfunde, in sola diebus sedecim uel amplius. Sic habebis (inquit ille) oleum anodynum auro dignum, ut frequenti experientia cognoui. Linteola in eo madefacta dolori adpone. fallit rarissimè etiã humore peccante non considerato. Vide plura in Antidotario Arnoldi de Villa n.

Oleum è floribus uerbasci fit, in solatis in uase uitreo (ut etiã è floribus rosmarini:) ad podagricos & alios dolores præsertim calidos, laudatissimum.

Oleum uiolatum fit quo modo rosatum, sed ex oleo uiridi uel amygdalino uel sesamino, Mesue. Paulo Aeginetæ fit hoc oleum ex uiolis purpureis uel croceis, uel leucoio. in solat autem exactè operculato uase, ne transpiret, tantùm dies decem, uiolis interea termutatis, additq; demum uiolas siccas.

De

De oleo tartari.

Oleum tartari Petri Argillatæ, ad faciem tergendam & erugandam. Tartarum dolij lateribus adhærens, album potius quàm rub. puluerifatum, aceto maceretur, pòst inuoluatur panno lineo, deinde stuppis aqua humectatis, ponatur sub cineribus. deinde tribus diebus scutellæ imponatur decliui: destillabit humor quidam subrufus.

Nicolai oleum tartari lateribus doliorum adhærentis. Tartarum id ex uino generoso tritum, linteolo inuolutum, aceto albo forti bene madefac: sub cineribus calidis coque (ure) dum nigrescat: iterum tere, in uase inclinato serua dies octo loco frigido, donec in oleum resoluatur. Id si non fit, exprime, & serua. Eodem modo facit Mesues oleum ouorum. Satius est calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, ut uocant, impositum, & loco frigido locatum sinere, donec in uas subiectum fluxerit oleum, Syluius. Alium quendam modum inuenio.

apud Furneriū in libro Gallico de decoratione, ubi tartarum ustum & calcinatum quantum duabus manibus capi potest, in linteo strictè ligatum uri & calcinari iubet in camino uitri, calcis, aut laterū: deinde in bona copia aquæ infundi cū alumine ad magnitudinem nucis, & multum agitari, deinde cum quieueris horis uiginti quatuor, colatam hanc aquam (eo quod in linteo remanet, abiecto) in patella coques. donec nihil quàm alba quædā crusta remaneat, &c. (uidetur hic locus mutilus.) quam (in sacculo suspensam) prope terram, intra triduum uidebis conuersam in liquorem: qui aliquoties colandus est, donec clarus euadat.

¶ Sunt qui tartarum calcinandum in olla noua ponant in figuli fornace, & uasis demum omnibus coctis eximant. Sed melius & purius calcinari puto in cineribus feruidis seu pruna, ut poma assari solent, obruendo etiam prunis. Satis autem ustum fuerit, quum
album

album iam apparebit, nec amplius nigru. sic ustum in sacco suspendunt in acutu desinente, suprema parte a baculi fissura, a quo pendet intercepta & compressa, supposita phiala uitrea cum infundibulo. ¶ Alius modus. Tartari & salis nitri partes æquales tritas in olla ampla adure: tum ferro ignito teres, & pones in sacco in cella uinaria, ut destillent.

¶ Alius. Tartari & nitri partes æquales tunde, misce & accende ut nitrum consumatur. Tartarum quod remansit, in uesica positum suspendes in aqua calida, & resoluetur statim in oleum. Alius. Tartarum bene ablutum a facibus, & optimè desiccatum, calcinabis donec albescat: Tum tritum cribratumq̃, cum aqua pluuiali destillata calida solues. solutu destillabis per filtru. deinde coagulabis. coagulatu rursus calcinabis ut amplius albescat. Ita demu in sacco, qualis est Hippocratis manica, suspendes loco, humi

do: latum aliquid, pro operculo imponendo, ne quid impuri incidat : & ollã uitreatam supponendo. ¶ Sunt qui in alembico uitreo destillent (in cineribus nimirum) unde aqua primum fluit deinde aucto paulatim igne, oleum.

¶ Vfus. Valet ad omnem scabiem & impetigines, cutim albam, claram & iuuenilem reddit. Vidi qui ad manantia capitis ulcera uterentur: ad quæ utilius puto id quo cum nitrum pariter exustum est. Cuprum quoq; & argentum dealbat, & delet maculas in pannis lineis. Additur & coloribus, ut splendiores reddat, ni fallor: ut scriptorio è colore bresilici ligni, & alijs.

Oleum de tartaro parare docet etiam Rogerius 4.9. Hoc (inquit) pannos & maculas de causa melâcholica post partum remanentes abstergit, & faciem repurgat.

DE OLEIS EX VITELLIS
ouorum, lumbricis, scorpionibus.

Oleum

Oleum ouorum, ex Rasi. Ouorum uitellos pone in caldario ferreo super prunas donec comburantur, & oleum quod manat, serua in uitro. Vtile est dolori ani & eius passioni, & dolori aurium & dentium. ¶ Hoc oleum (inquit Mesues) experientia plurima probatum est cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia per sanare, capillos regnere, ulcera maligna & fistulosa curare. Vitelli ouorum elixando duratorum triginta aut circiter, manibus friati, in sartagine terrea plumbata frignantur igne mediocri, mouendo cochleari ligneo aut terreo, donec rubescant, & oleum ab his resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent. Vel ijdem uitelli elixando indurati, mola frangantur. deinde in offas tundantur, & torculari exprimantur quale in oleo amygdalino explicuimus, & oleum destillabit. Vel ipsi uitelli in cucurbitam positi cum alembico destillentur ignis ui,

ut de oleo philosophorū dicetur, Hæc
 Mesues. Vbi Syluius in Scholijs, Cutis
 fœditatē mirè aufert, ac cicatrices, præ
 cipuè in ambustis relictas. ferè autem
 grauitè olet, minus tamè postremum
 sublimando destillatū. Pilos auget Se-
 rapioni in Antidotario. ¶ Oleum o-
 uorum Nicolai. Vitellos ouorum elixo-
 rum frige igne lento prunarū in patel-
 la ferrea, semper mouendo rude ferrea,
 donec probè assentur, calidissimo lin-
 teo forti, oleo amygd. dul. madefacto
 exprime. Sed satius est (inquit Sylui-
 us) uitellos crudos frigere, cochleari af-
 fiduè mouere, donec assati, & cochlea-
 ri pressi, uase inclinato reddant oleum,
 quod phiala conditum etiam diu inte-
 grum seruetur. Ex uiginti uitellis extra-
 hes horis duabus uncias quatuor aut
 circiter. ¶ Matthæolus in Dioscoridē
 scribens, hoc oleum commendat ad a-
 speritatem cutis, ad impetigines, ad fis-
 suras labiorū, manuum, pedum & ani:
 item ad dolores ulcerum, articulorum
 &

& omnium locorum neruoforum: deniq; ad dolores & ulcera aurium. Pręterea utile est (inquit) locis aduftis igne, & in membranis cerebri partes cõtufas á fanis mirabiliter separat, quod non sine magno honore meo et utilitate egro rú sepe expertus sum in chirurgia. ¶ In uulnere sup pericrańeo infundito oleum ouorum, quod faciet ad sedationẽ dolorũ, ut docet Abhomeron Abynzoar, quod nos quoq; experti sumus et bene successit, Marianus Sanctus. ¶ Oleum ad puerorum ulcera. Ouum lutea elixa sedecim. myrrhę unciam. ellebori nigri grana quatuor. in patella ferrea coniuncta leui pruna commiscentur ferrea ligula, tum lutea comprimito, & oleum eximito, donec despumescere incipiat. in uas uitreum oleum conijcito, & ad usus seruato, bis die ulcera illinito, & crustę sponte cadent, Alexander Benedictus libro tricesimo qui experimentorum est. ¶ Ego hoc oleum duobus modis fieri uidi:

primo, uitellos in sartagine frigendo, donec rubescant, & oleum remittant. secundo, multò diutius coquendo, donec nigri appareāt, & planè iam omni humiditate exhausti. tandè em̄ subitò oleum reddunt. quod statim amota ab igne sartagine et uitellis cochleari compressis, separatur. hoc aliqui efficacius putant ad loca igne usta. uidetur sanè magis siccare. ¶ Hoc oleum subtiles cicatrices facit, serpiginem & impetiginem soluit, Rogerius. Sed Brassauolus scribit pharmacopolas falso huic oleo cicatrices delendi uim tribuere, ut oua à fatuis detrahant. Plura de uiribus eius leges in Antidotario Arnoldi. Aliqui fixos sic uitellos in linteo includunt, & sub prelo exprimunt.

¶ Oleum de lumbricis siue intestinis terræ laudatur ad mitigandos dolores, præsertim neruorū & articularū quouis, etiam morbo Gallico ortos. Fit aut̄ lumbricis repurgatis ab excrementis terreis, siue digitis leniter exprimendo

excre-

excremēta illa, siue potius sinendo eos uiuentes in aliquo uase, ubi fœnum sit, reperere: deinde cum modico uino coctis in oleo & colatis: aut antequam coquantur in solatis. Sunt qui eos in aqua coquant, & innatantem pinguedinem colligant.

¶ Aliqui cannis ebuli maioribus & firmioribus medullam eximūt, & lumbricos affuso oleo imponūt. sic obstructas in furno per horam circiter dimidiam relinquunt. deinde oleum auferunt & seruant.

Oleum ex scorpionibus (inquit Mesues) lapidē renum & uesicæ frangit & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per meatum urinarium iniectum.

Fit ex scorpionibus uiginti uel paulò pluribus, aut paucioribus in olei amygdal. amararum libris duabus in solatis mense uno in uase uitreo probè obstructo. Vel aristolochiæ rotundæ gentianæ, cyperi, corticum rad. capparis, singulorum uncia. in olei amygd. ama-

rarum sextario diebus uiginti insolent
 in uase uitreo opculato. deinde scorpi-
 ones à decé ad quindecim oleo iniice:
 obtura, in sola iterum mense uno. Egres-
 sus è balneo aut in seffu calculosus, illo
 ungatur in tribus dictis partibus, & in
 meatum urinarium iniiciatur portio eius
 exigua horis singulis. Est mirabile. Qui-
 dam priore, alij posteriore ceu effica-
 cione uti malunt, Hæc Mesues. Sylui-
 us uerò in Scholijs, Paratur etiam nunc
 (inquit) oleo antiquo additis simplici-
 bus medicamentis cõtra uenena lauda-
 tis: fitq; oleum mirandarum uirium cõtra ue-
 nena omnia et pestilentiam. Scio hominem
 hoc solo munitum quantumuis sequam pesti-
 lentiam nihil facere, sed eum et seruos suos
 unam secum uidentes pestilentia affectos, in-
 columes seruari: & sola unctiõne quos-
 dam à sequissimis uenenis potis liberatos.
 Prius ob scorpiones frigidum est: poste-
 rius ob aromata calidum & efficacius,
 non ob horum calorem & essentiam tenui-
 tatem (quib. aperit, incidit, tenuat, ter-
 get,

get, perrumpit,) sed etiã totius substantiã scorpionũ pprietate, & (ut loquuntur) forma specifica, qua utrunque calculum renum & uesicæ frangit illitum tantum lumbis, si in renibus est: si uerò in uesica, pubi, perinæo, & iniecta etiam tum pauca in meatum urinarium, Hucusq; Syluius. ¶ In secretis Variognanæ legimus oleo de scorpionib. inunctos quosdã à quotidiana febris mox liberatos.

¶ Oleum de scorpionibus, cuius mirabilis effectus est contra uenena præcipuè serpentiũ & aliorũ animalium, & peculiariter cõtra napellũ, scriptũ à Matthæolo Senensi lib. 6. cõmentariorum eius in Dioscoridem Italicè æditorum, unde nos in Latinũ sermonem cõuertimus. Hoc oleum (inquit) inũctum pulsatilibus uenis ubi maximè apparèt, ut temporum, manuum & pedum, & in loco cordis, ita ut tertia quaque hora unctio repetatur, securè liberat ab omnibus uenenis intra corpus

sumptis, quibus corrodingi uis nõ in-
est: & similiter à morfibus uiperarum,
aspidum, & cuiusuis alterius animalis
uenenosi. Huius cõpositio talis est, quã
quidem euulgo, ut totus orbis libera-
lem animi mei candorem agnoscat. Ini-
tio Maij accipe oleum commune cen-
tum annorum, aut certe antiquissimi
omnium quod reperiri potest, libras
tres. Hyperici recentis (cũ herba & flo-
ribus) manipulos tres. Oleum pone in
cucurbitam uitream duplò capacio-
rem quàm pro eius mensura, & hype-
ricum modicè contusum superini-
ce. Deinde uas obstructum, in sub-
tilissimam arenam parte dimidia im-
mittes, ubi toto die calefiat à Sole per
dies decem aut duodecim. Postea po-
nes in Balneo Mariæ horis uiginti-
quatuor. Tum exprimes oleum ab
herba: & addes, hyperici, chamædryos,
calaminthæ, cardui sancti, singulorum
manipulum, modicè contusorum: ac
rursus pones in Balneum per tres dies.
Deinde

Deinde excolabis & exprimes: & adie-
ctis tribus manipulis florum hyperici,
qui à cauliculis bene purgati sunt, &
bene cõtusi, iterum per tres dies in bal-
neo Mariæ pone, & exprime ut prius.
Idem hoc repetes ter aut quater, do-
nec oleum colorem sanguinis instar
rubentem traxerit. Postea accipe cy-
marum hyperici semina, siue uascula
granis hordei similia in quibus semi-
na latent, ea copia quæ tres manipulos
abunde æquet. hæc cõtunde, aspergen-
do aliquantulum uini albi, & infunde
in oleum prædictum. Deinde in sole se-
peliis in arena per octo dies, & mox in
balneum per dies tres. Cola & exprime
ut prius. Et hoc ter aut quater nouas
hyperici cymas infundendo repete, do-
nec omnino sanguinis obscuri color
in eo relinquatur. Post hæc accipe
scordium recēs, calamintham, centau-
rium minus, carduum sanctum, uerbe-
nam, dictamnium Creticum, singulorū
manipulum semis. Contusa immitte in

oleū . & pone in balneum per biduum .
 Cola & exprime ut pri^o . Deinde accipe
 zedoariæ, radicis dictāni albi, gētianæ,
 tormentillæ, aristolochiæ rot. singulo-
 rū drachmas tres . scordij recentis ma-
 nipulū . Contusa infunde, & tribus die-
 bus in balneo relinque, cola, exprime :
 Ac iterum in iuce oleo, styracis calami-
 tē, bolzoi uel laferpitij, utriusq; drach-
 mas sex . baccarū iunipi drachmas qua-
 tuor, nigellæ drachm. tres, casia odora-
 tæ drachmas nouē . sandalorum alborū
 drach. quatuor . schœnoāthi, cypi, utri-
 usq; sesquidrachmā . Cōtusa infunde, et
 pone in Balneum per tres dies . cola, ex-
 prime . Postea trecentos scorpiones ui-
 uos, in diebus canicularib⁹ collectos,
 in cucurbita uitrea super cinere calido
 pone, & quū uideris eos præ calore su-
 dare, et humorem emittere, infunde su-
 pra eos totum oleum supradictum ca-
 lidum (non tamen ita feruidum ut uas
 ab eo rumpi possit,) & subito obstrue
 os uasis, & pone in Balneo per tridu-
 um

um. Deinde cola, exprime, & abijce scorpiones iam coctos: Et in oleum inijce, rhabarbari electissimi, myrrhæ communis, aloes hepaticæ, singulorû drachmas tres, spicæ nardi drachmas duas: croci drachmam. theriacæ electæ, Mithridatij perfecti, utriusq; semunciam. Trita infunde & pone in balneo per tri duû: nec amplius deinde colabis, sed repones, & balsami instar seruabis. Est. n. summe admiratiõis remediû cõtra uenena supradicta, & maximè contra napellû, quo infecti fuerût duo illi Corsici latrones, quorû historiã recitauim⁹ lib. 4 in mētiõe Aconiti, ad quẽ locû lectorẽ remitto, Hęc Matthæol⁹. ¶ Cardan⁹ putat oleû quod foris aduersus uenena illinatur pulsib⁹ et cordis regiõi, metallicû esse oportere, ut ex auripigmẽto aut misy detractû, uide supra ab initio tractationis de oleis destillatis metallicis. De oleo ex serpētibus seu uipis nigris, item de oleo ex ranis, lege Mesuen, &c.

Oleû de castoreo cõponit cû multis alijs aromatib. & gûmis calidis, &c. ut

Syluius in Mesuen describit, potest & simplex componi, & pro solida castorei parte pinguitudo adhærens addi, uel potius utrunq; ut ipse consulo.

Sulfur in œnostagmate (aquam ardentem intelligo) feruefit, dum enatet lentor quid ã (oleum appellant,) quem concha excipere oportet, aliquoties commutanda aqua, dum satis olei collectum sit, quo demersum corpore hydrargyron foras elici uoluerunt, statim illito à balneis, Iac. Hollerius. Vide supra inter olea destillata.

DE FOMENTIS ET
suffitibus.

FOmenta nominantur, pyriamata Græcis, quęcunq; corpori foris applicantur calida, uel ad mitigandum dolorem, uel ad materiam euocandam tũ aliãs tum ad discutiēdos tumores: hoc forte sicca fomenta magis præstant, illud humida. Est quando sicca & humida

da alternare uelim, ut in podagricis & arthriticis doloribus, & alijs, ubi periculum est ne tenuiori in materia extracta crassior relinquantur indureturq; magis. Videntur autem humida fomēta materiam præparare siccis, attenuare, mollire, digerere, euaporare, quædã forte nihil horum pro materiæ diuersitate. Arida uerò siccare & euocare & calefacere magis. Humida sunt, uel liquida, ut aqua simplex aut falsa, oleum, lac p se, uel cū melle: herbæ & flores in aqua aut uino alióue liquore coctæ, et in linteo aut sacculo superpositæ, aut in uesicam immissæ, aut spongia inde madida, aut linteum, aut lana, aut filtrum. Vesicæ uel utriculi calida uel oleo pleni. Possunt & cataplasmata hic adnumerari quæ calida adhibentur, nempe herbæ decoctæ, & contusæ, super linteo appositæ. Sicca sunt, ut milium, sal, harena, furfur, auena, calefacta illa in caccabò, & agitata, in linteum uel sacculum induntur. Celsus alicubi salis

calidi succū cōmendat, & sale humido fouere alibi utilissimū esse ait. Oportet aut, ut ipse interpretatur, sacculū cū sale in aquā calidā immittere, & loco affecto calidū imponere, immittēdo subinde spatulā ferreā ignitā in sacculū, dum sup loco dolente posit^o est, et aquā leuiter aspgendo. itaq; spatulas duas ī prōptu habere oportet, ut dū altera spatula ī sacculū imittitur, altera igniatur. in tetano ceruicis morbo (inquit Celsus) op^o est fomēto humido et calido. Itaq; pleriq; calida multa ceruices subīde pfundūt. Id in p̄sentia leuat, sed opportu niores neruos frigori reddit. qđ utique uitādū est. Vtili^o igit̄ è cerato liqdo primū, ceruices pungere, deīde admouere uescas bubulas, uel utriculos oleo calido repletos, uel ex farina calidū cataplasma, uel pip rot. cū fico cōtusum. Utilissimū tamē ē humido sale fouere. Apud eūdē mirabile fomētum ad dētē legim^o. Métastrū in peluim ponit̄, & aqua affundit̄ ut modicē emineat. deinde sili

ces cādētes imittunt. eger ore hiāte uapōrē excipit. Ego nup̄ à dentiū dolore diuturno liberatā audiui mulierculā, q̄ uapōrē silicis nigri (quo uici sternunt) uino p̄fusi hiās excepat. Idē Celsus nares ulceratas foueri iubet soli⁹ aquæ uapōrē è uase oris angusti. Hic uapōr etiā ad hæmorrhoides calidas dolentésque adhibet. Mulier q̄dā cū diu laborasset ex paronychia uel maligno ulcere erodēte ī digitis pedis, iam osculis q̄busdā exēptis & multis remedijs frustra tētatis, fomentū adhibuit è musco iuglādis decocto ī uino, ita ut locū affectū in uapōre illo aliquādiu teneret, deīde musci partē calidā super illigaret, et mox curata est. Est et titio exustus p̄niculo (madēti) in uolut⁹, loco calidi fomēti apud Celsum. Nos cari aut cumini semē cōtritū in sacco aqua ardēte calida madefacto, colicorū umbilico frequēte successu ip̄o suim⁹. Ex eadē ardēte et accensa ī loco balnei seu sudatorio āgusto undiq̄ clauso, aer calefcit, in quo nerui, articuli, & aliæ ptes refrigeratæ utiliter fo

uentur, & si fieri potest, & sudant. Ad sudorem mouendum & locum balnei calefaciendū uapore aquæ calidæ, uulgus in sudatoria sua caccabos magnos aqua feruente plenos imponit, unà cū paleis (quæ calorem diu conseruant) et aliquando herbis odoratis. Alij ollam feruentem extra balneum habent, cū aqua & impositis herbis aut medicamentis alijs, inde uapor per canalem balneū ingreditur ab inferiore parte. hoc alij alijs instrumentis & uasis efficiunt, ut ueteres in Italia suas zetas calfaciebant. Balneo iam calefacto prunain ollam indi posset, & sicca medicamenta inspergi quorum suffitus desideraretur, cum aliàs tum precipuè ad muliebrem usum ad diuersa uteri uitia, suffitu per canalem admissio. Hippocrates ad hoc peculiare quoddam uas describit. Caput interim exerant, quibus id imbecillius est, aut de quibus timetur ne in syncopen aut nimiam sitim incidant. & c. Aliqui in balneis lateres
igni-

ignitos, aut ferri scoriam, aut lapides perfundunt aqua, aut uino, simplici medicatoue. Sudor in lecto prouocatur, lateribus ignitis inuolutis in linthea humida, & appositis: aut lagenis stanneis aqua calida plenis: aut sacculis in quibus herbæ decoctæ adhuc feruentes imponantur, & melius quidem latere etiam feruente immisso. Leniter simul & reprimunt & molliunt, lana succida ex aceto uel uino, cui oleum adiectum est, contritæ palmulæ, surfures in falsa aqua uel aceto decocti. Simul reprimunt & refrigerant, uinum, acetum: & ex horum aliquo magis, madēs uel panis uel farina, uel spongia, uel cinis, uel lana succida, uel etiam linteolum, Celsus. Aliqui cinerem feruentem uel prunas poti⁹ in uase ligneo ponunt, addimidium replentes, reliquum eius implent quibus uisum fuerit herbis, ut absinthio, mentha, ad confortandum uentriculum, uel per se, uel modico uino aspersis: deinde superilliga-

to linteo imponunt parti affectæ: præfertim ubi calefacere, siccare, discutere, & ualidius extrahere opus est. Conuenit partibus refrigeratis, & arthriticis cū artemisia tantum uel etiã chamemalo: & uteri uitijs cū matricaria. Poterit autẽ hoc fomentum fieri cū duobus uasis alternatim adplicãdim. Celsus alibi lanam sulfuratam, hoc est sulfuris fumo imbutam partibus affectis circũdari iubet. Huc referri possunt, quæcũq; recentiores, Fuchsius & alij, de fomentis, epithematis, embrochis, sacculis, & infesionibus scribunt. Græcis œonêin significat desuper irrigare et superfundere, siue id fouendi gratia fiat, nimirum cum calore: siue alia de causa. Galenus ad scirrhos tollendos suffitũ pyritis lapidis aut molaris aceto perfusi commendat.

Suffitus uarios ad morbũ Gallicum, qui omnes fiunt cum cinabrio quod fit ex argento uiuo, aliqui etiam cum auripigmento & marchasita, &c. reperies
apud

apud Nicolaum Massam, & alios quosdã, qui huius morbi curationẽ tradiderunt. Tussilaginis folia sicca suffita, ita ut fumus aperto ore hauriat, aridã tussim & orthopnoeã iuuant, & abscessus in pectore rumpunt. Idẽ & radix suffita præstat, Dioscorides.

DE SVCCIS QVIBVSDAM.

SVcci herbarum quarundam expressi, coquuntur ad ignem, uel in Sole desiccantur, ut Bulcasis docet singulatim de succo ex hamfig, plantagine, lactuca, semperuiuo, portulaca, rostro porcino, scariola, foeniculo, apio, uolubili, lapatho & alijs.

Mirabilis modus extrahendi succũ ex elleboro nigro, quo quidam tanquã mysterio utuntur, cuius utilitatem ipse etiam expertus cælare nolui, ne quid egregiũ uidear inuidisse posteritati. Hũc modum quis primus inuenerit nescio, ego ab intimis quibusdam amicis accepi.

Elleborum nigrum intelligo illum quē uulgo omnes in Germania sic uocāt cō filigini similem, plerique in hortis alūt: sed præstat montanus ex Heluetia nostra petendus. Licebit autem eundem modum experiri in colocynthide, esula, laureola, &c. Ellebori nigri radices puræ et lotę bulliant leuissimè in aqua, infusæ prius in ea per noctem aut amplius, concisę minutatim. Curabis autē ut & in hac & cæteris decoctionibus, spumam omnem innatantē, tanq̃ uenentam, diligenter abstergas. hanc aquā seruabis, & rursus aliam affundes tepidam, & modicè aliquādiu feruefacies. mutādo aquam toties, donec nihil aut perparū amplius amaritudinis radices retineant. quod fiet ubi septies aut nouies mutāris aquam. Interea uerò dum mutas aquas, priores semper destilla p̃ filtrum. & tandem omnes pariter decoque lento igne, uel prunis potius, ita ne bulliant, semper tamen prope bullitionē sint, usq̃ ad spissitudinē mellis
in

in olla terrea uitreata, aut ærea stānata, uase tecto, aut parū aperto. Cum uerò pauca iam aqua superest, circa finē coctionis, rude leniter subinde agitabis, ne succus aduratur, & eodem tempore pro libra radicū ellebori, mastiches tritæ duas drachmas adijcies, nec desines agitāre, uel cōtinuò, uel per breuissima interualla, donec omnino succus iam satis densatus uideatur, id quod subito ferè continget. & quo minus adurat materia, quo propior fini & densationi est succus, eò minori igne urgebis. nec te pigeat temporis. habebis enim præstantissimū & exquisitū remedium ad diuersos morbos, præcipuè melancholicos. Colore euadit ruffo obscuro sapore amarissimo, cū acrimonia penetrāte, qualis asari & caryophyllorū est, sed efficaciore, imò caustico ut gustāti uideretur: reuera tamen causticus non est, nimirū propter tenuitatē partium: ut ipse experiri uolui. Datur ciceris magnitudine hora una post cœnam, in

omnib. morbis quibus elleborus niger conuenit, & ubi aluú citari utile est. Catapotium unum qua dixi magnitudine, quater plerunq; aluum deijcere aiunt. Sed audio quosdam cum plusculú sumpfissent, magnitudine forsán fabæ, per aluum uomitumq; sæpius inuitos & ualde debilitatos esse. Quod ego ut cauerem, in consilium erudito quodam medico adhibito, non ipsum elleború solum, sed cum alijs diuersis medicamentis, ut mox ostendam, infusum decoctumq; ad succú redigere uolui. Radices uirides an aridæ sumantur, parum referre uideo. Debet autem ut minimum libra radicum accipi. Lullius & alij (Cardanus) meminerunt quintæ essentiæ ellebori, qua ego húc succum nihilo ferè inferiorem esse puto. Hoc equidem admiratióe dignum est, quomodo succus tandiu decoctus, nó modo nihilo infirmior fiat, sed etiá multis modis efficacior. Videtur enim, ut ex coniectura dicam, pars una huius succi decuplo

decuplo & ampli⁹ ualidior quàm elleborus ipse esset, nec tamé nocétior. sed uis sine noxa auget. Et quanq̄ ipse medicamentis plurib. additis uim eius remittere uolui, simplicé tamé istum iam descriptum modú, ubi nihil præter exiguam mastichen postremò adijcit, magis laudarem in difficilioribus morbis, ubi remedijs etiã extremis opus est: & pro maniacis alijsq̄ insanis aut deliris, qui cum ad nulla medicamenta sumenda cogi possint, tam parua dosi, ut unius ciceris, facilius decipiuntur. Quinetiã extra corpus ad morsus uenenatos, & neruos læsos, præstantissimam eius uim esse crediderim. Apud authores nullam hoc modo paratú reperio succum. aliquid cum eo similitudinis habet succus de acacia et de berberi apud Bulcasin. Colatura. n. tãtum decoquit, non expressa. item galbani succus & liquiritiæ. sed aqua in illis non mutatur. Reliqui uerò succi omnes p̄ expressiõné fiunt, et coquuntur doneccoagulent,

ut chelidonij, papaueris, absinthij, solani, uuæ acerbæ, memithæ, eupatorij, hypocisthidis, corticum radicum mādragoræ. Idem Bulcasis alijs etiam quibusdam succis expressis, qui per se ad igné coquuntur, addere iubet parum gūmi, ut partes eorum melius cohæreant, ut succo absinthij & gasid, id est eupatorij: item centaurij, & gentianæ (qui ex decocto colato fit.) Verum mastiche ellebori succo, non hac tantum gratia, sed etiã uim eius uenenosam & stomacho contrariam emendandi, admisceat. Iã in cæteris quibusdã remedijs, ubi medicamento alicuius uim in liquore aliquo deponendã augere libet, nõ liquorem, sed medicamentũ mutamus: priore scilicet colato nouũ semper medicamentũ in eundẽ liquorẽ infundẽtes, ut in decoctionib. nõnullis & oleis, hic uerò (in succo ellebori) cõtrafacim⁹: ijsdẽ enim ellebori seruatis radicib. liquorẽ subinde mutam⁹. Causam dixerim, quã ellebori radix, si quæ alia, ualidissimas
habet

habet vires, non in superficie tantum, sed in tota substantia uehementer ac tenaciter impressas. quamobrem diutissimè etiam omnium seruari potest. ipse quidem post decennium usus sum adhuc uigente. Et uulgares quidam empirici uinum in qua eius portio per noctem maduerit, postridie colatum bibi iubent ad aluum mouendam, radices iterum siccari. nihilò enim aut parum infirmiores fieri, etsi sæpius ad eundem usum repetantur resiccenturq̃. Sed de ipso elleboro, & quæ de eo experientia nostre sint, alius forte aliquando dabitur scribendi locus. ¶ Catapotia ex elleboro nigro, uel succo eius potius, septimo quoq̃ die sumenda in curatio nemorbi Gallici melancholici, ut Matthæolus Senensis consulit. Radicum nigri ueratri recētis drachmæ tres. dauci, anisi, piperis, singulorum drachma. florum buglossi semidrachma. moschi grana sex. epithymi scrupuli duo. contundantur hæc omnia leuiter, inde diē

noctemq; ex uini Cretici libr. 5. (erratū
 librarij uidetur. nimia enim hæc men-
 sura est) macerata, potenter exprimantur.
 Huius expressionis drachmas tres,
 pulueris pilularum fumarie, cochia-
 rum, aurearū. singulorum drach. duas
 semis, simul subigas, inde permittas e-
 xiccari. Porrò siccas & iterum in pul-
 uerem radactas, ex eodem uino Creti-
 co macerabis, ut supra, & hoc quater.
 Catapotia autem singillatim fumenda
 sunt drachmæ pondere.

Succus ellebori noster compo-
 situs. Radicum ellebori nigri recentium
 incisarum libras duas, liquiritiæ
 rasæ & conquassatæ pistillo libram,
 macera per noctem in aqua satis co-
 piofa. Postridie lento igne coque ad ses-
 quihoram. aut duas horas. defunde co-
 lando, & affunde aliam aquam tepi-
 dam. (quæ in uase iuxta ignem in hunc
 usum seruetur.) Hoc septies uel ampli-
 us repete. Tum abiectis radicibus a-
 quam

quam uniuersam colatam, aut filtro de stillatam, paulatim coque, & ubi pauca adhuc superfuerit, affunde hoc decoctum: Betonicæ manip. septem, agrimonix manipulos duos. anisi unc. tres, macera in aqua, & decoque ad consumptionem tertiæ partis. exprime, cola bis aut ter. tandem adde agarici electi minutatim concisi uncias quinque. iridis uncias duas semis. cinamomi drachmas sex. zinziberis semunciam. coque ad dimidias, exprime, & cola ut supra. Deinde affundito hoc decoctum, ellebori decocto bullienti modicè: & simul ad spissitudinem mellis coquantur. Paulo ante finem, adde pulueris mastiches drachm. quatuor. scammonij drachmas duas. hæc simul dissoluta in paucò decocto ellebori, ut fiat mellis consistentia, non multò ante finem decoctionis affundes (cum succus iam mediocriter densatus fuerit, aut densari cœperit,)

agitabisque donec consummetur succus. Experieris autem subinde guttam succi instillando in orbem stanneum: & cum ita densus fuerit, ut ferè non amplius defluat orbe inclinato uel erecto, perfectus erit succus. Sed per horam aut amplius ante finem subinde ad lentum ignem agitabis, ne aduratur. Ex hoc decocto uncias succi ferè undecim habui: uix quartam partem puto habiturus, si elleborum solum decoxifsem. Hoc succo iã aliquoties usus sum. nam & epileptico iuueni feliciter dedi, qui multo iam tempore, Deo gratia, bene habet, multis tamè etiam alijs remedijs, uenæ sectione, & sudoribus adhibitis, &c. Et alter quidam per triennium ascaridibus infestatus, multis remedijs frustra tentatis, hoc succo semel sumpto, & per dies aliquot postea cornu ceruino usto, restitutus est. Catapotia ciceris magnitudine à duobus ad quinque exhiberi possunt à cœna: hoc est à scrupulo dimidio circiter ad
scru-

scrupulum unum. Sed hæc progressu temporis experiri melius licebit. Hoc monuerim medicos parum exercitatos, ne temere eo utantur, sed diligenti consideratione adhibita. est enim uehemens remedium. Videtur & febrī quartanæ non amplius crudæ, & alijs diuersis morbis magnis aut diuturnis conuenire, & præcipuè scabiei ex bile atra.

Quartanario cuidam nuper quinque catapotia cicerum magnitudine dedi, unde ille magnam percepit angustiam, & uomitu tantum purgatus est, nihil deiecit, neque leuatus est morbo. Causam in hominis intemperantiam reijcio. Ipse catapotijs duobus cicerum instar à cœna sumptis, postridie non parum angustiae circa stomachum sensi, aliquoties deieci, non uomui. Tutius dabitur ijs qui satis carnosi uel obesi sunt, uentriculo humido, & stomacho non exquisiti sensus.

Iterum de succo ellebori nigri: de q̄ ex-
 trahendis uiribus ex medicamen-
 tis purgantibus, et alijs qui-
 busdam, ut ab amico
 quodam ac-
 cepi.

Excogitata est hæc extractio pro de-
 licatis & nauseabundis, & illis qui ma-
 gnam soluentis pharmaci dosim non fe-
 rentes, minimo pondere soluuntur.

Extractio ellebori nigri. Radicum
 ellebori nigri ueri recentium libræ qua-
 tuor, lauentur cito. deinde minuta-
 tim incisis superinfunde colaturam
 huiusmodi, succi buglossi, borraginis,
 utriusque libræ duæ, depurentur &
 colentur diligentissimè ut auri clarita-
 tem acquirant, & reponantur ad tem-
 pus. Tum recipe radicem fœniculi, ci-
 chorij, asparagi, petroselini, singulo-
 rum uncias quatuor. iuiubarum, sebe-
 sten, utriusque uncias duas. Seminum
 melonum, cucumerum, cucurbitæ, ci-
 trulli,

trulli, singulorum unciam: decoque secundum artem in aquæ pluuiialis libris sedecim. Colaturæ infunde prædictas quatuor libras succorum, sine ebullire paululum ad ignem. postea incisi & cõ tusi ellebori radices iniice, & coque leuiter paulatim usque quo radices emineant. Deinde exprime rursus per filtrum. cola. colaturam coque usque ad mellis spissitudinem lento igne, adhibita continuè cura ne aduratur. Postea depone, & utere, faciendo periculum in dosi à scrupulo medio usque ad integrum aut ultra. Datur autem ad mouendam aluum, madefacto azymo inuolutum, una aut altera olei anisi gutta mistum.

Extractio rhabarbari. Rhabarbari electi fragmentorum libram minutim incide, & crassiusculè tere: & affunde succi depurati borraginis & buglossi, utriusque libras duas, relinque per horas uigintiquatuor. Postea coque ad lentum ignem,

donec extet & emineat rhabarbarum. Exprime deinde fortiter, & expressam decoctionem per laneum colatorium trans mitte, & exprime, ut substantia in colatorio maneat. Colaturam coque ad mellis cōsistentiam, adiecta sacchari optimi uncia. Quidam in balneo Mariæ ad spissitudinem coquunt, ne aduratur, quod præstat, quemadmodum & in duplici uase. Purgando da deglutendum cum gutta olei cinnamomi et anisi mixtum, & azymo inuolutum, faciendo in dosi periculum à scrupulo usque ad duos. Quidam quoniam, rhabarbarum per se non ualde purgat., ac uunt totam extractionem cum modico dacrydij optimi, quod nihil obest.

Extractio pilularum. R. quamcunque uolueris pilularum massam diligentissimè & ex optimis medicamentis compositam. confractam in minutas partes macera per dies octo in aque pluuiialis, succi borraginis, succi fœniculi, æqualibus partibus, q. s. Deinde

co-

coque in uitreo duplici uase per integrum diem. deinde exprime per laneum pannum mundissimum, qui nullos pilos remittat, & iterum in balneo & duplici uase ad iustam spissitudinem diligenter coquito, & forma pilulas minutas, quarum dabis scrupulos duos, aut circiter. Hoc modo extracta materia purissima est, admodum tenera, & facile in manu liquefcit. Similiter possunt etiam reliquorum medicaminum purgantium uires extrahi: Sed animaduertendum, ut semper admisceantur in decoctione lenientes & lubrici succi, quales prædicti sunt. & melius multò fuerit, si omnia in duplici uase coquantur.

Descriptio electuarij extracti purgantis, quo eximius quidam medicus Norinbergæ utebatur. Colocynthidis drachmas tredecim. ueratri nigri, senæ Alexandrinę, utriusq; semunciam. agarici albissimi unciam. rhabarbari electi semunciam, aut si minus præstan-

fuerit rhabarbarum, unciam. dacrydij drach. quatuordecim. turbith, (si rectè lego,) stichados Arab. utriusque uncias duas semis. Cinnamomi drach. duas, rosarum rubearum, ligni aloes, mastiches, myrrhæ rubeæ, asari, spicæ nardi, styracis liquidi, singulorum scrupulos quinque. Omnia infunde & digere uel putrefac, ut loquuntur, per dies decem aut quatuordecim in aqua uitæ ter destillata, calida. Succus inde expressus uniatum cum tribus uncijs aloes præparatæ. Cæterum aloen hoc modo præparabat. Aloes libra, plus minus, in peluim, caccabum uel ollam immittitur, addendo aceti rosacei, & aquæ rosatæ quantum sufficit, ita tamen ut aceti rosarum plus sit quàm aquæ rosarum. Bulliant simul lento igne duabus uel tribus ebullitionibus. dein colato fortiter exprimendo. Colatum iterum bulliat lento igne ad consistentiam aloes cum spatula agitando continuè. Vbi refrixerit, seruetur

uetur ad usum. Species supra commemoratæ primum tenuiter inciduntur, deinde tritæ, infusæ in aqua uitæ, quantum sufficit relinquuntur in infusione calida in Balneo Mariæ uel arena, diebus xiiij. frequenter interea agitando quotidie, deinde fortiter exprimuntur per pannum lineum grossum. deinde ponuntur in alembico, & cum igne extrahitur humiditas aquea, usq; ad consistentiam diacydonion dicti medicamenti. Quod si adhuc supersit aliqua humiditas, ponatur super carbones ardentes in uase aliquo quantum sufficit.

De succo iridis & rapi, &c.

Iris nostra in hydrope efficacior mihi uidetur quàm Florentina: in qua sententia etiam amicus quidam noster est medicus perquam eruditus, qui nuper experimenta hæc sua de iridis radicis & rapi succo ad me misit. Recipe,

Ouum gallinæ, & effuso liquore albo, succum iridis infunde, & misce cum uittello diligenter: & cum modicum ad cineres calefeceris, proſthauſtu matutino exhibe, qui per ſeceſſum ſupra modum aquam intercutaneam euacuabit.

Hoc etiam (inquit) inter ſecreta habeo pro hydropicis qui ſudare nequeunt: Succum à rapo rotundo in pila cõtuſo & expreſſo, conditum ſaccharo uel cinnamomo, ut aliud quippiam quã rapum guſtanti referat, mane exhibebis ægro bene operto, & ſudabit.

Portulacæ, ſedi, cotyledonis, et aliorum ſimiliter glutinoforum ſuccus, præ lentore nimio per ſe non poteſt exprimi. Cũ omphacio probè trita herba exprimitur. Alij tritas igni lento calfaciunt. alij tritas loco frigido, ut cella uinaria, uimineo uaſi impoſitas in catinum ſubiectum deſtillare permittunt, Syluius, apud quem plura leges de parandis & ſeruandis ſuccis, in libro de præpa-

præparatione simplicium.

Ex ligno sancto & alio quocunque lachrymam extrahimus, quæ pretiosior est ipso ligno, hoc modo: Secatur lignum in frustra digiti crassitudine, quæ igni exponuntur. inde colligitur quicquid inest lachrymæ in ligno, Cardanus.

¶ Lac ex esula & chelidonio colligitur, summis ramulis incisis, & super uas aliquod inclinatis, exprimendo (emulgendo) ramulos singulatim. Sic collectum liquorem in Sole siccabis. Succus uerò colligitur herbis tritis & expressis, Bulcasis.

¶ Gummi purgãtia & alia, si quis recuset catapotiorũ forma deglutire, infunde in aquam bullientem, dissoluantur, cola: & infunde oleum amygd. dulcium, & da in potu cum rob.

¶ Pone in aqua uel uino medicamentum aliquod purgans forte, deinde in eodem liquore macera pruna sicca, caricæ, uas passas, donec turgeant, tum.

ablue uino. Hi fruct⁹ intra corpus sumpti mirabiliter sine molestia aluum soluent, Arnoldus in libro de uino.

Passularú uncias quatuor coque cū aqua uiolarú per mediam horam, cola per cribrú, deinde insperge drachmas duas scammonij, exiccetur. Inde triginta cū uolueris; aut quadraginta dabis, nec plures, cum panatella, Epiphanius Empiricus.

ALIQVI anserem pinguem medicamentis, felibus paruis bonæ habitudinis, minutatim concisis, farciūt, cū sale & paulatim in ueru affantes, destillantem inde liquorē colligunt, ut membra arthritica inungant, Io. Goeurotus. Empiricum quēdam nuper audiui murib: minutatim incisis fartum anserem, affauisse, & collectum inde liquorem ad inunctionem gibberis in dorso dedisse.

DE DECOCTIS.

DEcocta uocamus liquores, aquā, uinum, aut acetum: in quibus medicamenta

dicamenta aliqua ad ignem coquuntur, deinde colantur, &c. de quibus breuitatis studio in præsentia nihil dicemus, nisi quod admonebimus concisa aut trita per aliquod tempus macerari prius debere, quæ decoquenda sunt, in uase diligenter clauso. Ex uiridibus quidem plantis, gratior fit decoctio quam aridis: quamobrem arida contusa macerataque diutius quam recentia, colari & exprimi possunt, deinde per se, uel cum melle aut saccharo decoqui, &c.

Decoctio in aceto contra pestem. Chelidonij maioris manipulos duos cum herba & radicibus coques in aceti optimi libris quatuor semis, super prunas, in olla uitreata cum operculo cuius oræ luto sint munitæ, per sexquihoram, ad tertiæ partis consumptionem. Deinde colatû acetum in phiala uitrea repones: Huius tria cochlearia plena dabis correpto peste, & si reuomuerit, iterum da, & sudorem

præcipe, Innominatus in libro Germanico manuscripto. Alij cum chelidonio tantundem rutæ sumunt, & parant ut supra: & peste deprehenso cochlearium dant bibendum cum modico theriacæ, cuius auxilio salutarem experientiam tum ipse habeo, tum ab alijs plurimum commendari audiui. Et nuper in libro quodam Gallicè scripto empirici cuiusdam idem fermè remedium legi: & superioribus annis cū pestis hîc præluderet, amicus quidã similem descriptionem ad nos misit. Plerique chelidonium in aceto coqui uolunt, sed alij alia addunt: quidam, ut dixi, rutam tantum: alij etiam saluiam nobilem, rorismarinum, iridis folia non radicem, zedoariam, & in olla bene operculata coquunt: inde paucas guttas ad præseruandum dant: correpto autem cochleari cum theriaca, & iubent sudare. Aliqui eadem ferè in uino macerant in phiala bene obstructa, agitant aliquoties, deinde destillant. dant ad præseruandum,

dum, uel correpto, ut supra: & eo sumpto non sudare, sed ambulare iubent quod fieri potest longissimè, & si opus sit, duci à duobus hominibus.

Aliter. R. Absinthij, rutæ, turionum rubiana partem unam. chelidonij partes tres. Decoque in aceto albo q. s. in olla lutata, ad consumptionem tertiæ partis, detur quàm primum homo infectus fuerit, post sudet.

Aliter. R. Radicum chelidonij libram. sulfuris, croci, tormentillæ, unciam. theriacæ unc. duas. pimpinellæ, gētianæ. ana fescunciam. pilosellæ cum radicibus, rutæ, utriusq; manipulum. saluiæ pugillum. Coque in olla noua bene lutata, cum ij. mensuris aceti albi, ad consumptionem tertiæ partis. In hoc decocto dissolue electuarium de ouo (uel theriacum) ad quantitatem fabæ, detur patienti ut scis.

Postremò hîc quædam de uinis factitijs docebimus, non omnibus tamen ex professo, quod prolixum foret. Qui plura uinorum genera factitia, eorumq; compositiones & uires desiderat. Dioscoridem adeat, & Aetium libro ultimo, & Arnoldi Villanouani librû de uinis. ¶ Vina medicata diuersis modis sînt. primò, decoquendo medicamenta cum musto, plerûq; ad tertiæ partis consumptionem, despumando interim, & colâdo postea. Sunt qui uinum per se decoquût, alij donec tertia pars consumatur, alij multò minus: deinde in sacculo medicamenta in eo suspendunt crassiusculè contusa. Et amara quidem medicamenta præcipuè in uino decocto (sic enim dulcescit) immitti debent in sacculo, uel unà coqui, uel utrûq;. Sic sînt uina cum absinthio, cum zedoaria, cû inula, item cum boragine

ragine & melissa apud Arnold. Aliqui mustum recens aliquantulum decoquunt, & refrigeratum infundunt super herbis in uase. Secundò herbas ipsas uel medicamenta arida ponendo in musto, antequam ferueat, ut per eius feruorẽ in uase, medicamẽti uis ei comisceatur: sic pleriq; uinũ de absinthio apud nos parant, & per hyemẽ in uase relinquunt, semper implendo iterũ uasa, si quid inde hauserint: ueris initio herbas eximunt, alij per æstatem quoq; relinquunt, sed tamen facile corrumpitur, mucet, accescit, præsertim uase nõ pleno. Quidam epistomijs uasorum intus laminam ex ferro stannato multis foraminibus per uiam, opponunt, ne medicamentis impositis obstrui possit. Licet & quauis anni parte absinthium aliásue herbas in uino uetere in uasculo ponere, præsertim in cellis frigidiorib⁹: aut in amplo uase uitreo bene obstructo. quod si cariophyllata radix arida addat, diuti⁹ cõseruabit uinũ. Aliqui simpliciter medi-

camentum cuius uim in uinū transire uoluerint, cum uino coquunt, quouis anni tempore: sed uina cocta pleraque exhalant prorsus & subacida fiunt. ergo magis probarim medicamenta contrita in uino unā cum melle despumato aut saccharo aliquot horis macerari, deinde aliquoties per manicam Hippocratis colari. Sic ex iridis radice uinum hydropicis utile aliquando parauit, anhelis ex inula, &c. Poterit & cum succis herbarum depuratis misceri per colariq; uinum: uel ex ijs quæ in sacculo arida trita in eo suspensa fuerint per aliquot dies, exprimi succus, & percolatus admisceri: & in sacculum recentia addi, &c. nam si ita sæpius exprimatur materia, & addatur recens, efficacius erit uinum, & uasculum subinde implebimus in locum exhausti. quod si aliter faceres, uinum subinde infirmius fieret.

Vina medicata (ut diximus) fieri possunt, medicamenta in sacculo, aut simpliciter

pliciter in musto imposita, ut simul ferueant, relinquendo: aut in uino ad ignē bulliēdo. Sed prior modus præfertur, quòd per eum non resoluatur uis medicamentorum, nec alteretur aut infirmetur. Debet autem foramen uasis seu uegetis scutella parua tegi, ut feruor modicè exhalare possit, nec odor tamen nimiū euaporet. Si tamen in uino ad ignem coquere uisum fuerit, fiat ignis lentissimus & continuatus, sine fumo, uase operto ne exhalet, & ad certū tempus decoquatur (maiori minoriue igne, prout cuiusque rei substantia requirit, Arnoldus in libro de uino. Præstaret quæ coquere libuerit, in duplici uase uel in balneo Mariæ coqui.

Aromatica uina factitia per tres aut quatuor dies clara seruari possunt, postea turbantur. Vinorum è medicamentis simplicibus diuersis confectioes docet Plinius 14.16.

¶ Vinum de absinthio quomodo fiat, iam supra dixi. Sunt qui cum solo

absinthio parent: alij alias diuersas herbas, præsertim calidas, admiscēt: ut hyssopum, rutam, saluiam, carduum benedictū, pulegiū, costū hortensem, phyllitidem, flores sambuci, cortices fraxini. Ego interdum in phiala uitrea ex tēpore paro, absinthij comis aridis superinfusis pari mēsurā uino Cretico, & aqua ardente ter destillata. hoc diu seruari potest. exigua eius mensura uino multo addita, totum id absinthij qualitate imbuit. Stomacho frigido prodest, flatus discutit, colicam phlegmaticam & ex flatibus natam sanat. scabiem curat illitū. Arnoldus in libro de uinis, Melior modus conficiendi est, inquit, quòd contundatur absinthium uiride uel siccum, et coletur uinum calidū aut frigidū super ipsum aliquoties, donec saporem & uim eius recipiat, & saccharo uel melle cōdiat. Præstat autē hic modus cōficiēdi hoc uinū, quoniā uis oīs absinthij in superficie est, q̄ hoc modo optimè extrahit. Deinde p̄lixus est in re-

censendis

cenfendis eius uirib⁹. Poterit fimul etiã addi galãga et anifum, aut fi qđ aliud uĩ debĩt. ¶ Artemifite uinũ fit ut abfĩthite.

Vinũ de alkekēgi feu halicaccabi grana eodem modo fit, ſuper ijs contritis uinum colando, pro dofi una accipies à quinꝰ ad decē. educit materiam calculofam à renibus & uefica manifefte, & urinam retentam ducit, (uide Arnol dum in libro de uino) cuius & ipfe nuper periculum feci, colato fimul anifo, radice carlinæ, perficorum nucleis, & lapillis cancrorum, unde urina iam diu retenta intra horam ſecuta eſt. Sunt qui (integra) halicaccabi grana in muſtum ponant uafe paruo, ut fimul bulliant, et ad uſum ſeruant.

Vinum ex betonica ad ſtomachi dolores prodeſt, Alex. Benedictus.

Vinum bugloſſatum, è radicibus bugloſſi in uino maceratis, mirè cõmẽdatur ab Arnol do cõtra atribilarios affectus, cũ hiſtoria mulieris cuiuſdã eius potu curatæ, quæ per iracundiam ſæpe fatua reddebat.

Vinum buglossatum, in quo radices buglossi bene lotæ extiterint per diem ac noctem: uel syrupus eius, affert lætitiā, & melancholicis prodest. Vsu eius (uini) curati sunt quidam ab amentia & permixtione & alienatione rationis, Arnoldus de conseruanda iuuentute, cap. 3. ¶ Aliud uinū compositum cum radicibus & floribus buglossi, cū sēna aut absq; ea, leges apud Arnoldum in libro de uino, hac inscriptione: Vinum mirabile pro melancholicis, cardiacis, &c.

Vinum borraginatum fit, si in musto nouo ponantur borraginis flores, usq; ad perfectam depurationem: uel si in uino nouo diaborroginatum aut conserua dissoluatur, & reseruetur ad usum, Arnoldus in libro de conseru. iuuentute.

Vini compositio contra humores adustos, & pro colericis & maniacis, conferens lætitiā. R. radicum buglossi mundatarum libram. Rosarum rub. florum

florum uiolarum, borraginis & buglofi, ana lib. semis. been albi, & rubri utriusque unciam. Conquassata pone in sacco, & sacculum in uase continente tres sarcinas boni uini (musti puto) recēs expressi albi & clari quàm reperiri potest maximè. Huius uini pars dimidia cum dictis speciebus bulliat, & altera dimidia per se bene despuando. Deinde cola illud ubi species sunt, in uas: imple de altero, donec recesserit feruor, & satis clarum fiat. Debet autem eius usus esse assiduus, Arnoldus de conseru. sanit.

o Vinum inulatum. Inulæ radices tessellatim incisas in olla fictili noua uitreata coques in musti sextarijs duobus aut amplius, donec partes aliquot consumantur. Deinde musti optimi dulcis sextarios uiginti quatuor aut amplius, in caccabo decoques donec dulcescat: postea inulæ radices unà cum musto in quo deferbuerunt, afundes, & cum adhuc aliquantulum

simul bullierint, depones ac seruabis.
 ¶ Aliter. In musto dulci despumato & ad tertiæ partis consumptionem decocto, cum iam ferè satis coctum fuerit, inulæ radices iniicies, (pro congijs uiginti quinque, uel circiter, uncias nouem:) & cum modicè adhuc bullierit mustum, depositum & refrigeratum serua: & inulæ radices (easdem scilicet, colando separatas) in sacco intra uas suspende. Debent autem radices colligi mense Octobri crescente Luna, aut ineunte æstate, & sicari in Sole. Hæc ex manuscripto quodam libro Germanico transtuli. Vide Dioscoridem, qui hoc uinum nectarite nuncupat.

Vinum arceuthite. Pro musti congijs uiginti aut circiter, iuniperi baccarum dimidium quadrantem (quadrantem uocamus modij Heluetici, sed is quoque uariat, quartam partem) accipe. Fundum uasis primo consterne tenuibus segmentis è fraxini ligno dolato,

dolato, ne baccæ epistomij aditum obstruere possint. deinde dimidiam partem baccarum superinsternes: tertio reliqua segmenta. quarto reliquas baccas, unâ cum manipulo artemisiæ, & linguæ ceruinæ uulgò dictæ dimidio. Postremò uas replebis optimo & dulci musto, ut simul ferueat. Huius uini usus ut contra uenena & multos morbos hominem præseruet. debet autem bibi haustus eius unus aut alter ab initio prandij: & unus post cœnam ante somnum, Innominatus.

2 Nostri uinum conficiunt per æstatem, nigra cerasa acida, quæ uisula uocant, integra imponendo in uas, quartam partem relinquendo uacuâ, superfuso uetere uino albo, quod breui ruberum colorem trahit, citius quidè si pediculi omnino adèpti fuerint: tardiù, si ita resecti ut pars adhuc hæreat, sed ita diu tiù seruât coloré. Solét aut cû aliq̄d inde hauserit, mox iterum uas implere. Cor &

machum roborat, sitim mitigat, refrigerat, siccat, astringit. Alij non integra, sed trita imponunt, aut in sacculo suspendunt, unde odoratius uinum fit, nucleorum ratione, minus quæ astringit, & magis ducit urinam. Potest & quouis anni tempore ex aridis fieri. Aliqui succum ex his cerasis per se in uase ponunt, et cû deferbuerit, obstruunt, ac pro uino utuntur, uel per se, uel modicum eius copioso uino miscentes. Idem succus coquendo densatur: & cerasa ipsa saccharo condiuntur.

Vinum è prunis syluestribus ijsdem modis fit per autumnum, ubi iam satis mollia & bene matura fuerint.

Vinum raspatitium (nostri uocant *rappis*) id est linguã quadã acuta stypticitate mordens, prouocat appetitum uillos stomachi astringedo. Medet corpori ob calorem dissoluto, potissimû estate, cholericis, & sanguineis utile. fit autem sic. Ponantur aliquæ uuæ acerbæ cum maturis in torculari ut simul exprimantur

primant. Vel quod melius est, referuentur uuæ & cõterant unà cum raspacijs suis, & immittantur uasi cū musto. contrahet autem mustum illud à succo raspaciorũ (scaporum, Galli grappes uocant, nostri rappen, unde uino nomen) illorum, & uinaceorũ in uuis, quæ sunt acetosa, ponticitatem quandã & astrictionem, Arnoldus de Villa noua. Nostri aliter parant. racemis integris bene maturis dolia implent, & uinum uetus superinfundunt, & quotiescũq; uinum inde hauserint, rursus implent. Sunt qui alternis racemos, & folia saluix imponant. Stomachum recreat, sitim remittit. Dysentericam potionẽ quandã Nic. Myrepsus in D. litera ca. 85. parari iubet cū rhaspe bono aut marathrato aut eleliphacato puro uino. Fuchsius ꝑ rhaspe forte, inquit, legendũ rhoites uel rhodites. Apud eundem antidotus quingentesima fit cū bono uino rubeo aut raspe: et similiter ultima antidotus. Ego uinũ raspatitiũ intelligo, quod ple

semper cum salvia fit, &c. & rubeum
semper.

Sunt qui raspatitio uino etiam aro-
mata addant: qualia sunt: R. galangæ un-
cias quinque. cinnamomi, caryophyllo-
rum, ana drach. duas. zedoariæ semun-
ciam. coriandri uncias tres. fiat puluis
crassiusculus.

Vinum passulatum, quod mellitum
uocat Arnoldus, fit. passulis in uino
(uel musto) decoctis donec dulcescat,
quod mox in uase conditur: & passulæ
contuse in idem conijciuntur. subsidit
autem illæ in faeces.

Sed idem Arnoldus aliud quoque de-
scribit egregium, quod passulatū uocat,
passulis cum cinnamomo decoctis in
musto nō multo, quod deinde reliquo
musto in uase condito affunditur.

De uinis aromaticis.

Aromatica uina fieri solent duplici-
ter, uel aromatibus tantum in sacculo
suspensis

fuspensis, in uase quod in cella uinaria relinquit: uel melle etiam addito, ut ex tēpore tantū fiat quantū desideramus, & specieb. cōtritis simul per colatoriū uel manicā Hippocratis laneam, ut uocant, aliquoties colatis. hoc uinū mulsum, uel mellitum uocari potest, uulgò claretū & nectar nominant, & melicratum improprie, cum uino albo. Quòd si pro melle saccharum addant, cum uino rubro, Hippocraticū uocant. Fiunt aut in pharmacopolijs uina hæc aromatica plerunq; ea proportione, ut ad aromatu siue specierū drach. septē mellis uncia tredecim addantur, & uini albi odoriferi libræ quatuor. Vel ad drachmas sex specierū sacchari purissimi sēlibra, uini rubri libræ quatuor, aut minus. alij multò plus sacchari admiscēt, ut specierū quoq;. Aliquando croci semidrachma uel multò minus addit, tingendi causa, præcipuè mulsis. Antequā uerò coletur uinum, per horas aliquot, uiginti quatuor ad summū, loco

calido uel in hypocausto relinqui debet cum speciebus infusum.

Vinum hippocraticum fictitij generis est, facili ratione. Gallijs maximè transalpinis gratissimū. Cinnamomū, saccharum, & carpesium teruntur in fiscum, ex eo uinum liquatur, ut transfundo qualitates eas combibat. Datur hoc epulis principalibus cum escharite pane bellariorum uice, quimos, sed in alio uino, peculiaris Atheniensibus fuisse legitur. Hermolaus Barbarus Corollarij lib. 5. capite de uua œnanthe.

Aliud. Corticum Cinnamomi interiorum drach. sex. zinziberis albi integri semunciam. nucum moschat. electarum drach. duas. Caryophyllorum, granorum paradisi, utrorumq; drach. cardamomi, piperis, calami arom. coriandri præp. singulorū scrupulū, misce & tere crassiusculè. Vini libras octo, mellis despumati uncias uiginti sex, misce omnia, & cola secundum artem.

Sunt

Sunt qui uina hæc aromatica cum lacte amygdalarum clarificent.

Aliud, ad cardiacos, descriptum Alexandro Benedicto lib. 10. R. Vini austeri odorati sextarium. sacchari albi se librã. cinnamomi, zingiberis ana semũciam, galangæ drachmam.

Aliud eiusdem ad imbecillitatem stomachi. R. Cinnamomi semunciam. zingiberis albi drachmas duas. Caryophyllorum, piperis longi, glandis moschatæ ana obolos quatuor. Bene tũsa cum albi sacchari se libra, in meri albi congio cõmisceto, ac percolabis. summum enim dissolutis stomacho remedium est.

Aliud. R. cinnamomi unciam. zingiberis semunciam. galangæ drach. duas. caryophyllorum drachmam. granorũ paradisi drachmas duas. sacchari albi un. octo. uini optimi q. s.

Aliud. Cinnamomi fescũciam. zingiberis semunc. caryophyllorum drach. duas. granorum paradisi, galangæ, utri-

usque drachmam. Sacchari sesquili-
bram. Vini rubri mensuras duas, (id est
libras quatuor) misce, fiat Hippocra-
ticum.

Aliud. Interioris cinnamomi uncia.
zinzib. al. semuncia. granorum parad.
drachmæ tres. caryophyl. moschoca-
ryi, utriusque drach. duæ. macis galan-
gæ, utriusque sesquidrach. piperis lon-
gi drachma. spicæ nardi, folij, utriusque
semidrachma. fiat puluis. Huius sin-
gulas uncias singulis uini mensuris ad-
des, cum libra sacchari, et torne solo (sic
dicto genere lanæ purpureo) ad colo-
randum q. s.

Aliud quod ad thoracis & pulmo-
nis uitia accommodatum uidetur.
Recip. cinnamomi optimi à crasso cor-
tice abradi unciam. caryophyllorum
sesquidrachmam. anisi, fœniculi, utri-
usque drachmam. glycyrrhizæ drach-
mas tres. macis, cardamomi, ireos, a-
na drachmam semis. Sacchari albissi-
mi uncias tres. Singula diligenter tri-
ta

ta infundantur cum sequentibus. Re-
cipe uini maluatici uncias nouem. a-
quæ borraginis libram. rosaceæ, fef-
cunciam. aquæ melissæ uncias tres.
Per tres horas iuxta fornacem reli-
cta, tandem sæpius per saccum filtri
colato. fiat Hippocraticum uinum cla-
rum.

Hippocraticum laxatiuum. Vinum
contra quartanam, quotidianam, &
tertianam notham concoquit & præ-
parat humores, & eosdem mox per
aluam educit. Recipe esulæ libram,
epithymi drachmas sex. polypodij,
cinnamomi, passularum, ana drachmas
quatuor. mastichæ, zinziberis, zedo-
ariæ, caryophyl. singulorum unciam.
Sacchari quantum sufficit, Arnol-
dus.

Nectar apud Arnoldum. Pro sex-
tario uini accipe zinziberis electi ex-
coriati, caryophyl. cinnamomi exco-
riati, ana drachmas duas. granorum
paradisi drachmam. Fiat cum optimo.

uino, uel Græco, quod melius est. & loco mellis ponatur saccharum cum grano moschi, & est nobilissimum. Syrupus uel iulep de uino ad cōseruandam ualetudinem & iuuentutem fit, in tribus libris boni uini ponēdo duas libras sacchari. fiat syrupus, cuius usus est cum aqua. Gerit autem uicem cibi & potus, & recreat naturam, Arnoldus in libro de cōseruanda iuuentute.

Vinum saccharatum decoctum senibus, frigidis & debilibus conuenit, & quibus humor natius & calor naturalis imminuuntur. nutrit enim, & sanguinem generat, & replet partes principales spiritibus. R. Vini optimi de Vernacia, uel Græci, aut similis libras tres. sacchari albi Caffetini libram. Coquantur ad lentum ignem more syrupi. serua & utere cum duabus partibus aque, uel aliter ut usus postulabit. Hoc uinū (siue potius ex uino syrupū) Rabi Moyses in libro de uictus ratione senum & conualescentium approbat.

De

De uinis mulsis aromaticis.

De saccharatis uinis aromaticis iam supra dictum est, & simul in genere de mulsis quoq; siue mellitis aromaticis. Licet autem & in superioribus compositionibus omnibus loco sacchari mel ponere, & pro rubro uino album, in sequentibus uero contra. Sic ex Hippocratico uino claretum siue clarum feceris, & ex claro Hippocraticum. Sunt qui coloris uini differentiam non faciunt. Mel quidem semper cum modica aqua prius decoqui & despumari debet diligenter. Sunt qui illis etiam uinis quæ cum multo saccharo fiunt, modicum mellis addant, ad maiorem dulcedinem: alij multum. Vide aromatite uinum in Dioscoride. Alchandicum est uinum decoctum cum aromatibus & zuccaro aut melle. & apud quosdam Italos dicitur clarea, cuius descriptio habetur in libro simplicium Ebenefis.

Species clareti. Zinziberis, galangæ, utriusq; unciã. cinnamomi uncias du-

as. caryophyllorum drachm. duas, granorum paradisi, piperis longi, utriusq; drachmam. Mellis sesquilibram. Sacchari libras duas. Vini albi mensuras quatuor, (libras sedecim.) Alij cum solo melle parant, & aliquid spicæ & nucis moschatae addunt, & cum albumine oui clarificant.

Claretum quod Philip. Vlstadius in Cœlo philosophorum describit, capite 57. Rec. Vini albi optimi libras quatuor. sacchari albi duri uncias quatuor. cinnamomi unciam. coriandri præp. drachmas tres. caryophyllorum drachmas duas. granorum paradisi, zinziberis albi ana sesquidrachmam. piperis longi scrupul. duos. zedoariæ drachmam semis. Omnia trita subtilissimè & colata, referuentur in uase stanneo.

Vinum senescentium, hyemali tempore utile melancholicis & phlegmaticis: renes & totum corpus calefacit, tumorem hæmorrhoidum tollit, con-
coctionem

coctionem iuuat, bonum colorem facit, lumen clarificat, ingenium acuit, canitiem retardat: & eadem præstat quehiera picra, nisi quòd amaritudine caret, & uentrem non soluit. Recipe spicæ, cinnamomi, carpobalsami, xylobalfami, zinziberis, galangæ, calami aromaticis, asari, myrtillorum, ana drachmam. mastiches drachmas duas. liquiritiæ, passularum, singulorum semunciam. sacchari pro arbitrio. Fieri potest per decoctionem, uel sine ea instat clareti, ponendo species in sacco largo, & sacculum in colatorio, & toties colando, donec uis specierum tota in uinum transfuerit, quod per gustum cognoscetur, Arnoldus in libro de uino.

Aliud. Recipe zinziberis drachmas duas. cinnamomi semunciam. caryophyllorum drachmam. Vini albi mensuras tres. Mellis unciam. sacchari albi selibram. Fiat clareta secundum artem.

Aliud laxatiuum. R. Galangæ drachmas sex. cinnamomi unciam. turbit, efulç, catapotix, hermodactylorum, ana drachmam semis. Tere, fiat claretum cum melle & saccharo.

Alud. R. zinzib. unc. duas. cinnamomi quatuor. caryophyllorum duas. galangæ tantundem. granorum paradisi unã. Singula subtiliter trita cribrataq; misceantur. Deinde croci orientalis unciam bene tritam seorsim feruabis. Claretum facturus, mellis libras duas ad ignem, in fictili nouo feruefacies, & quum bullire cœperit, aufer ab igne, & parua mora interposita despumato. Deinde mensuras duas (circiter octo libras uini accipies, quod eò melius erit quo dulci⁹ et clarius fuerit,) & admiscebis ei de speciebus prædictis uncias duas, & croci drachmam aut amplius. Deinde per sacculũ colabis. cuius pars superior (ferè ad duas tertias totius longitudinis) linea sit, inferior lanea per unam tertiã totius sacci aut paulo plus.

Cum

Cum uinum satis colatum fuerit, fæces infundere poteris in hydromeli siue apomeli ut uulgo paratur, ut quod reliquum uirium est, in id deponat. Hoc uino si mulier uti debeat, aut delicatus aliquis, pro melle saccharum pones, Ex Germanico libro manuscripto.

Aliud tempore pestilenti præseruans. Recipe uini optimi mensuram. angelicę semunciam. boli Armenię drachma, mnu cis muscatæ drach. duas. galågæ, piperis longi, coriãdri, ana drach. semis. zinziberis sesquidrachmam. cinnamomi drach. sex. sacchari selibram.

Ex libro quodam manuscripto Latinè, cõpositiones aliquot nectaris siue clareti: quum maiorem eius copiam in bari aut uase ligneo, seruandam in cella uinaria desideramus. Lotum, ut uideatur, certæ mensuræ uini, apud Hispanos forsan, nomen est.

Claretum uel nectar bonum sic facies. Cinnamomi libram. galangæ, zinziberis, cardamo. granorum paradisi, caryophyllorum, cubebæ, macis, singulorum uncia. Piperis longi, & nigri si uolueris, utriusq; semuncia. Spicæ nardi, nucis mosch. schoënoanthi, singul. drach. tres. Croci drachmam. Teratur omnia minutissimè & misceantur. Sic habes species pro medietate oneris unius equi, id est pro barili uno, (libris forte centum uiginti octo.) Nectar aut sic facies. Pone uinum totum in uasis. deinde species pone in aliquo pãno lineo satis amplo: & in barili, in quo nectar facere uolueris, pannum intromitte cum speciebus, ita quòd latera panni superemineant aliquantulum supra os barilis. Postea in aliquo uase pone quatuor libras mellis, & fortiter cum uino misce. ita ut totum satis clarum sit. Tum uinum super species colando infunde, & postremo uinum cum melle. Demum clauso barili species

cies in eo relinque cum panno per biduum. Tandem aufer fortiter comprimendo: & habebis nectar optimum.

Si uero pro principe aut prædiuite aliquo parare uolueris, adde supradictis ligni aloes optimi, folij, utriusque semunciam, moschi drachmam semis, & loco mellis pone saccharum minutissime tritum in mortario, deinde solutū in uino.

Aliud nectar optimum cum eisdem speciebus, sed ponderibus diuersis.

Recipe cinnamomi uncias duodecim semis. Zinziberis, galangæ, granorum paradisi, caryophyllorum, cubebarū, macis, cardamomi, ana drachmas duas. piperis longi scrupulum. spicæ nardi, schoenoanthi, nucis moschatae, ana scrupulum semis. croci ad pondus (denarij) Turonensis, uel paulo plus. Hæc omnia minutissimè trita misce, & habebis species abunde pro loto nectaris ciuitatis Burgensis.

Deinde accipe libram mellis cum

pinta aquæ fontanæ decoctum usque
 ad consumptionem aquæ: & refrige-
 randam se pone. Tunc accipe circiter
 lotum boni uini, & succo cum prædi-
 ctis speciebus in uas immisso, uinum
 percolando, infundito paulatim, mel
 etiam cum uini parte prius mixtum
 paulatim infundendo, ita ut succus nō
 comprimatur. Quod si pretiosius face-
 re uoles, saccharum pro melle pones
 in uino dissolutum, similiter pondere
 libræ aut amplius. Percolabis autem
 ter uel quater, ut fortius & melius eua-
 dat uinum. Ad des etiam prædictis agal-
 lochi optimi, folij, ana grana duo, &
 moschi aliquantulum. ¶ Aliter: Suspen-
 de species in sacculo in uino mixto cū
 melle uel saccharo, & post duos aut
 tres dies extrahe bene com-
 primendo. Sed superior
 modus melior &
 pulchrior
 est.

Ad

Ad faciendum nectar, modi tres. quorum duo priores Gratia Dei uocantur, tertius manus Dei, ex codice manuscripto.

R. Cinnamomi drachmas noué, zinziberis drachmas quatuor. nucis moschatæ, piperis longi ana drach. tres. galangæ, granorum paradisi, macis uel folij, cubebæ ana drach. duas. caryophyllorú drachmam. spicæ nardi scrupulum integrum. croci dimidium. sacchari libram, uel mellis pintam quod bullierit in pauca aqua ad cõsumptioné aquæ, bene despumati. Misce in sesquilotum uini. Aliqui addunt cardamomi & carui ana drach. duas. Et hoc est melius claretum.

Ad idem. R. Aristolochiæ rotundæ, cinnamomi, utriusq; unciam. zinziberis semunciam. galangæ, granorum paradisi, caryophyllor. cubebæ, macis, nucis moschatæ ana drach. duas. piperis longi drach. tres. spicæ nardi scrupulú. croci dimidiú. sacchari librã, uini lo-

tum. Quòd si pro diuite fuerit, adde a gallochi optimi grana duo, & moschi dimidium granum. Vel, secundum alios. R. Cinnamomi electi unc. duas. zinziberis unam, granorum paradisi, piperis longi, utriusq; semũciam. nucis moschat. caryoph. macis, ana drach. duas. cubebarum, cardamomi, ana drachm. spicæ nardi, schoenoanthi, calami aromatici, ana scrupulum. Trita commisce cum tribus libris mellis, & loto uini, ut dictum est.

Potus qui dicitur Manus Dei. R. cinnamomi fescunciam. zinziberis drach. tres. cardamomi drach. duas. folij, galangæ, ana drachmã. spicæ nardi, carui, ana semidrachmam. piperis longi uel nigri drachmas quatuor. Si fiat pro diuitibus, adde caryoph. nucis moschatæ, macis, granorũ paradisi, ana drach. duas. Mellis despumati pintã. Vini boni lotum Burgense. Et si potes, loco mellis pone sacchari libram. Si rectè parẽt hic potus, utilis erit aduersus mul-

tos

tos affectus præcipuè frigidos, & in senibus, ac illis qui imbecilliores sunt ad Venerem. Conueniet phlegmaticis, & melancholicis mirificè, ut meritò manus Dei uocetur. Tristitiam soluit, læticiam confert. Splenis & hepatis obstructions aperit. Hydropem curat: & lapidem de renibus potenter educit, si addatur parum saxifragæ & lapidis lycis.

Species pro uino zedoartico. R. Zedoariæ, cinnamomi, utriusq; semunciam, galangæ drach. duas. misce, fiat puluis.

Ad uinum quòd à scapis denominatur (*zu einem rappis.*) R. Zedoariæ semunciam. Coriandri uncias tres. galangæ uncias quinque. cinnamomi, caryophyll. ana drach. duas. fiat puluis crassiusculus.

Aliter, pro zedoartico uino species, quæ sufficiunt pro mensura uini quæ oma uulgò Argentinæ uocatur. Cinnamomi uncias tres. caryophyl-

lorum, nucis mosch. granorum paradisi, cardamomi, ana semunciam. zedoariae drach. sex, cubearum, piperis longi, ana drach. duas. Contunde crassiusculè, misce pro facculo.

Ad idem. Cinnamomi uncias duas: zinziberis semunciam. caryoph. piperis longi, cardamomi, cubearum, zedoariae, ana drachmam unam. galangæ, granorum paradisi, ana drachmam semis. Trita crassiusculè misce pro facculo.

De uinis aromaticis cum
aqua ardente.

Aquam ardentem facile cum aliorum medicamentorum tū aromatum, odoré & uim omnem imbibere, si paucis horis trita in ea maduerint, & exiguum eius deinde uino simplici affundatur, & posse hoc modo uaria odore & sapore uina ex tempore parari, supra scripsimus ex Arnoldo in aquæ
ar-

ardentis simplicis descriptione.

Apparatus uini quod Hippocraticū uulgò uocant. In aquę ardentis ter qua térue aut amplius destillatę (mensurę nomen deest) uncias duas cinnamomi inijcito, & gingiberis dimidiam. granorum paradisi, piperis, ana sesquidrachmam. caryophyllorum drachmam, nucem muscatam dimidiam. Trita omnia in uas bene clausum per quatuor dies indito, & bis aut ter quotidie agitato, demum colato & reseruato. potest autem longo tempore seruari. Huius mediocre cochleare plenum immittes in generosi uini rubei mensurā, & sacchari libram addes. Si tamen uinum dulce sit, saccharo opus non est, Furnerius.

Maluatici modus. R. galangę optimę. caryoph. zinziberis, macis, ana drachmam. Hęc omnia crassiusculè trita in uase ligneo bene operculato infusa in aqua ardente relinques horis uiginti quatuor. Deinde in linteo suspendes à filo in uas capax summę, ut uocant, aut

dimidiæ summæ uini clari per tres dies.
Et habebis uinum tam bonum & forte
quàm ipsum natiuum Maluaticum aut
Traminiû est, Liber manuscriptus Ger-
manicus.

Vinum sapore Rhætici. In uase ui-
treo uel fictili uitreato, linteolum aro-
matibus iam dicendis plenum suspen-
de, & reple aqua ardente, diligenter
obstrue: & relinque, saltem per horas
duodecim. Cum uti uolueris, linteo-
lum exprime in magnum aliquod po-
culum uitreum, cui infundendum est
uinû, ita ut latera poculi aromatica
illa aqua ardente conspergantur: aut
liquor in fundum expressus, inclina-
to poculo latera undique madefaciat.
deinde uinum infunde quod habebit
saporem Rhætici. Aromata hæc sunt.
Cinnamomi, zinziberis, caryophyllo-
rum, de singulis semidrachma. crassi-
usculè trita misceantur, linteolo illi-
ganda.

Eodem modo fit sapor moschati uel
musca-

muscatelli uini. accipe nucem moscha
tam cum pauco macis. trita misce ut
supra.

Caryophyllatum. Caryophyllorum
semidrachmā cum pauco cinnamomo
tere, & in linteolo liga, ut supra.

Alfatici sapor. Saccharum candi in
lineteolo liga, ut supra. Aut mel dili-
genter despumatam cum aqua arden-
te misce in uasculo bene obstructo: &
cum uti uolueris, linteolum hoc liquo-
re intinctum in poculum exprime.

Hæc omnia ex libro quodam Germani-
co manuscripto mutuati sumus.

De alijs quibusdam uinis aromaticis,
præsertim quæ fiunt sacco in
uase suspenso.

¶ Vinum caryophyllatum fit, caryo-
phyllis in sacco suspensis in uase cum
musto. Multum desiccat, dissoluit, con-
sumit, attrahit, iuuatasthma antiquum,
& tussim in senibus cum humorum

corruptione:utile etiam in epilepsia & syncope. cōcoquendi & retinendi uim confirmat. anhelitum reddit odoriferum. Multum autem de siccitate eius remittunt saccharum & glycyrrhiza, Arnoldus in libro de uino.

Eodem modo quælibet aromata (& remedia) tum frigida tū sicca in sacculo suspendi possunt, & uino uel musto immitti, quod eorū ui & qualitate imbui uolumus, Ibidem.

Aromaticum uinum fit ad iuuentutis conseruationem, si in sacculo lineo immittantur species non tritæ, sed particulatim scissæ, ita q̄ substantia specierum sit in sacculo uaga, & ponatur in uino, ore uasis diligenter obstructo, Arnoldus de conseruanda iuuentute.

Alius aromatici uini modus, ad confirmationem temperamenti et iuuentutis. Cubebarū, caryoph. nucis mosch. passularum, de singulis drachmæ tres, in sacculo bulliant in boni uini libris tribus usq; ad tertię partis cōsumptionem.

nem. adde saccharum. & inde mane ac
 uesperipropina uncias singulas, plus
 minus. Vel fiat sicut claretum, Arnol-
 dus ibidem.

¶ Vinum crocatum lætitiã affert, &
 aufert melancholiam, Arnoldus de cõ
 feruanda iuuentute cap. 3. Eius uerò cõ
 ponendi modum docet eiusdem libri
 tractatu secundo, his uerbis: Pone mo-
 dicum croci bene siccũ in sacco am-
 plo de pãno lini subtilissimi rari, & sac-
 culus ponat in colatorio de staminea
 uel panno lineo, & superfundatur uinũ
 (uel etiam oleum pro oleo crocato) ad
 modum lixiuij, & repetatur donec pla-
 ceat color & sapor. Possunt & aliæ spe-
 cies admisceri pro arbitrio.

De uinis artificiosis quæ saporem pere-
 grinorum referunt; propter aro-
 mata & species in sacco
 intra uas suspensas.

¶ Varia aromatica uina qomodo fiant,

& peregrinorū quorundam sapor ficti-
tius cum aqua ardente & aromatibus
superius ostensum est: hic addem^o quo
modo peregrina quædam uina homi-
nes industrij absq; aqua ardente imiten-
tur: non ut imposturas inde addiscant
homines auari, sed ut medici ægrotis
præsertim delicatioribus, simul & gra-
tificari interdum & prodesse possint.
Decerpimus autem quæ sequuntur
omnia, ex Germanico libro manuscri-
pto.

Græcum uinum sic fit. Zinziberis,
galangæ, utriusq; se libram. granorum
paradisi, caryophyllorum, ana uncias
tres, in sacculo suspende in dolio uini
mediocri, (in ein fuder.)

Vinum Maluaticum. R. Moschi, a-
gallochi, utriusque drachmam. cinna-
momi, cardamomi (si rectè lego) caryo-
phyllorum, ana drachm. duas. sacchari
candi semunciam.

Vinum de Romania. Recipe, suc-
ci, glycyrrhizæ, cinnamomi, utriusque
drachmas

drachmas duas. anisi drachmam. macis drachmas semis. sacchari drachmas tres.

Vinum muscatellum. R. polypodij, liquiritiæ, anisi, singulorum drach. duas. nucis moschatae drach. tres. calami ar. drachmam.

Muscatellum rubrum sic facies.

Florum sambuci unciæ quatuor. cinnamomi semuncia, bulliant in musto rubeo. Muscatelli odorem facere putantur quęcunq; moschum referunt odore suo, & quę à moscho denominantur, ut nux moschata, & cortex eius qui macis uocatur. item flores sambuci præcipuè, & coriandrum. Multi & sclaream herbam in uino suspendunt, nimirum folia cum floribus: cuius odor uehemens & non ingratus est. aliqui tamen insalubrem esse, et caput grauari putant.

Sed compositiones huiusmodi infinitæ fieri possunt: & satis est homini industrio, & simplicium medi-

camentorum, aromatum, et condimentorum naturæ gnaro, paucas aliquot ueluti formas præscriptas habere, quas ipse multis modis pro occasione & uarijs circumstantijs uariabit. Nos Deo immortali gratias agentes, à quo omnis remediorum successus pendet, huic libro in præsentia finem imponimus.

FINIS.

CAPITA PRAE, sentis libri.

Præfatio.

1. *De liquorum & oleorum stillatitiorum inuentione, pag. 5.*
2. *De scopo huius libri.*
3. *Laus eorum qui quæ optima et efficacissima habent remedia, cõmunia esse volūt.*
4. *Quantum in omni re apparatus referat. Authores in hoc libro citati, pag. 21.*

De destillatione cuiusq; differentijs in genere, pag. 25,

De viribus liquorum destillatorum in genere, pag. 32

De multiplici vsu liquorum destillatorum, tum in re medica, tum extra illã, pag. 43.

Forma purgandi aquas turbidas, ex Pulcasi, 45.

De balneo Mariæ in genere, & de ijs destillationibus, quæ fiunt in vapore aquæ feruentis, & in fumo equino, 46.

Egregia quædam aquæ simplices in Balneo M. destillata, ordine alphaheti ennumeratæ: primum ex plantis, pag. 69. & 72.

De vasis & instrumentis diuersis ad destillationem pertinentibus, 76.

De materia vasorum ad destillandum: & primum contra plumbea & anea vasa, 82.

De fornacibus, 87.

Vasa quomodo claudantur & muniuntur, tum li-
to tum aliter, 92.

De preparatione ad destillationem 95.

De rectificatione liquorū destillatorū 102.

Destillatio per filtrum 102

De aqua ardente seu aqua vita simplici, eiusq; viribus
& usu multiplici, 106.

De ijs quæ arida destillantur in liquore aliquo infusa 122

De quinta essentia remediorum 131.

Vini 141.

Quinta essentia frigida 148.

De chelidonia essentijs omnibus extrahendis 152.

Quinta essentia ex fructibus 166. Ex floribus, her-
bis, radicibus 165.

Ex sanguine humano, ovis, carnibus, & melle 162.

De quinta essentia metallorum 168. Ex antimonio,
plumbo, cerussa 169.

De aquis vita compositis 172. De eisdem, ex Lullio 336.

De remedijs quæ aqua vita miscentur citra destilla-
tionem 198.

Aqua ardentis usus cum alijs medicamentis extra
corpus 203.

De aquis destillatis compositis, sed alijs quàm cum aqua
Vita 206.

Aqua composita quædam vel ex remedijs per se,
vel cum aqua fontana destillandis, ex Rogerio 215.

De aquis virtutum siue Aureis, & alijs quibusdam
compositis

- cōpositis ex pluribus remedijs cū vino destillatis* 217.
Aquæ composita nonnulla cum aceto destillata 232.
Caponum aquæ 235.
Aquæ composita, ad varios affectus, intra corpus præcipuè, quarum quedam ex recentibus adhuc pharmacis & succulentis sūt: alia uerò infusæ in plantarum succis aut aquis destillatis, sero lactis aut sanguine 238.
Ex sanguine maialis 245.
De purgantibus medicamentis compositis destillatis 246
Aurum potabile 248.
Aquæ aliquot composita ad oculorum affectus 258.
Ex Rogerio 260.
De aquis odoris 263. *Ex Furnerio* 270.
Aquæ destillata cosmetica, hoc est ad ornatū pertinentes 275. *Ex Furnerio* 281. *Ex Gordonio* 291.
Aquæ ad tingendos capillos & alios pilos 293.
Dentibus purgandis 296.
Per descensum quomodo destillentur aquæ ex herbis, floribus & radicibus 296,
Destillatio in cineribus, uel arenis, aut scoria trita, &c.
 300.
Extemporaneus quidam modus 306. *Resina per fundum tenuiss.* 307.
De rosarijs, id est instrumentis, quibus ex rosis & alijs medicamentis liquor stillatitius elicitur, igne subiecto plerunque immemiatè, ex carbonibus aut segmē-

tis lignorum 307.

De oleis destillatis, & primum in genere, deinde particu-
lulatim. De oleis ex plantis, floribus, herbis, gum-
mis, resinis, seminibus, corticibus, lignis 312

Ex aromatibus, ut caryophyllis, nuce moschata, cro-
co, macis, et alijs 316. et deinceps.

Olea ex seminibus et fructibus 332.

Ex baccis iuniperi 339.

De oleis ex gummis, lachrymis, seu liquoribus den-
satis, & resinis 345.

De oleo terebinthina siue larigna resin. 348.

Oleum ex tartaro 351.

olea de corticibus 352.

De oleis ex lignis 356. Oleum capnistum 363. Ex
papyro 365.

De balsamo vero, 366. Antibalsamo 369,

Balsamelea arte composita 376.

De balsamis quæ extra corpus usurpantur, 400.

De oleis ex animalium partibus vel excrementis 405.

De oleis ex metallis, lateribus, gagate, succino 407.

De aqua forti & similibus 450.

De liquoribus gemmarum 459.

De quibusdam, ut argento viuo precipitato, eodemq;
& arsenico sublimatis 460.

PARS II. De alijs quibusdam non alchymicis, siue
non destillatis aut sublimatis remedijs, sed per alios
diuersos modos ingeniose preparatis, &c. 478.

De

De oleis diuersis 479. & primum ex plantis. Ex tartaro 497. De oleis ex vitellis ouorū, lumbricis, scorpionib. 500. & c. Ex sulf. 512.

De fomentis & suffitibus 512.

De succis quibusdam: & plurima de succo ellebori 519. Iterum de succo ellebori, & extrahendis viribus ex medicamentis purgantibus ac alijs quibusdam 530.

De succo iridis & rari, & c. 535.

De decoctis 518.

De vinis sacritijs & medicatis 542.

INDEX ALPHABETICVS.

NOTANDVM EST NUMEROS PAGINARUM 176. 177. 455. 456. à librarijs in ipso opere omissos esse: quorum nos quoq; errorem secuti ijsdem omissis indicem confecimus, quod hoc in loco monemus, ne quis paginarum numeros frustra emendet. Littera r. remedium significat.

A.

Absinthij aqua 35. 52. 126	abscessus rumpit 115. 208.
absinthij virgū 201. quomodo fiat 542. & deinceps.	223 aceti vsus 407 aqua composita cum aceto

I N D E X.

<i>destillata</i>	232	<i>aluum soluentia</i>	252. 447.
<i>acetum candidum redde-</i>			522. 531. 559.
<i>re</i>	308	<i>aluum astringit</i>	338. 370
<i>aceti vapor in liquorē col-</i>		<i>amarum liquorem reddere</i>	
<i>lectus</i>	307		126
<i>acetum destillatum</i>	42	<i>ambustis locis medetur</i>	312
<i>adustio olcorum quomodo</i>		<i>amygdalarum oleum,</i>	420.
<i>emendetur</i>	323		482
<i>adustione caret quinta ef-</i>		<i>anatum sanguis</i>	69
<i>sentia vini</i>	144	<i>angelica aqua</i>	458
<i>adustionum ab igne r.</i>	58.	<i>anhelitum sc̄tentē emen-</i>	
	68. 171. 458. 503	<i>dant</i>	117. 194. 208. 380. 388
<i>ether calidior igne</i>	134		576
<i>affectus animi immutat</i>	118	<i>anhelorum r.</i>	423. 544. vi-
<i>affectus calidi</i>	150. 151	<i>de aschmatis.</i>	
<i>affectus interaneos curat</i>		<i>anima sc̄cūdum Stoicos</i>	134
	223	<i>animi deliquia excludit</i>	118
<i>albugines oculorum abole-</i>		<i>animum confortat</i>	386
<i>re</i>	75	<i>animalium partes quomo-</i>	
<i>alembicum quid</i>	77	<i>do destillanda</i>	52
<i>allegorica interpretationes</i>		<i>ex animalium partib. vel</i>	
<i>authorum</i>	139 140	<i>excrementis olea</i>	405
<i>alsina aqua</i>	53	<i>anisi oleum</i>	331. 333
<i>alterare</i>	217	<i>aquarum destillatarum ex</i>	
<i>aludel, alutel, aluthel,</i>	82	<i>animalib. earūque par-</i>	
<i>alumen</i>	121	<i>tibus, aut excrementis ra-</i>	
<i>alumen purgat</i>	251	<i>tio</i>	72. & deinceps.
			<i>anscris</i>

I N D E X.

anseris pinguedo	538	salubris reddatur	54
anthrax 158. Vide Carbunc.		aqua turbida quomodo pur-	
antibalsama	369	gentur	45
de antiballomenis	372.373	aqua, vide liquor.	
antimonij oleum	411	aqua composita velex re-	
antimonij quinta essentia		medijs per se, ael ex aqua	
414. & 169. & deinceps.		fontana destillandis	215
antimonij rubedo	411	aqua ex folijs extracta	216
ani dolorum r. 501, 502	370	aqua destillata quomodo	
apobamma	249	seruanda	91.92
apophlegmatismos curat		aquarum simplicium, in	
214		balneo M. destillatarum	
apoplexiã curare	120. 172.	ratio 52. et dein.	
204. 210. 243. 421. 447.		aqua recetes preferenda	128
apostematum r. 170. 210. 351		aquarũ precipuarum ca-	
395. 336. 337.		talogus	70. 71. 72.
apostematũ capitis, laterũ,		de aquis destillatis compo-	
seu costarum r.	246	sitis 206. & dein.	
apparatus magnã vim ha-		aqua composita, ad varios	
bet	17. 18.	affectus, intra corpus	238
appetitum excitantia, 150.		aqua ex folijs	216
209.		aqua è floribus	217
appetitum confirmãs r. 60.		aqua fortis, vide fortis a-	
prouocans	552.	qua.	
aqua salsa destillatio, vt		aqua mortua	122
dulcescat	45	aqua philosophica	49
aqua dulcis communis vt		aqua ardens & aqua vitæ	

I N D E X.

eiusdem liquoris duo sunt nomina, de quo scribitur	44	aqua ardentis vsus in bello	
49.44.35.126.173.108. vn-		aqua ard. pro ientaculo su	
de fiat	106.107	mitur	210
aqua ardens destillatione		aqua ardentis mixtio,	120.
quater repetita perfecta			121
	113	aqua vita que remedia	
aqua ard. in singulis destil-		miscantur citra destilla-	
lationibus quantum de-		tionem	198
cedat	112.113. quo meliora	aqua ard. vsus cū alys me-	
sunt uina, tanto melior		dicamentis extra corpus	
112. quando satis destillata			203
sit 110, destillata sepius		aqua vita composita di-	
magis acuitur	107	uersa 151. & deinceps	
aqua ard. tres diuersi li-		aqua ex frigidis composita	
quores	114		197
aqua ard. qualitat.	117	aqua mirabilis que con-	
aqua ard. vsum qui descrip-		trarium efficit, quam a-	
serint	116	qua vita	148
De aqua ard. eiusq; virib.		aqua virtutum, & alia	
et vsu multiplici	106. &	quadam composita, &	
deinceps.		cum uino destillata	217
aqua vita vires ex Arnol-		arana si comedatur, ne no-	
do	114	ceat	209
aqua vita omnium metal-		araneam interimit	389
lorum virtutem in se cō-		arbores incersificit	448
prehendit	169	per arenas. dcstill.	306

I N D E X

argentum dissoluere, 452	ascariidibus infestatis pro-
argentum dealbare 500	dest 528
argēti viui sublimatio 473	asthmatis r. 393.229. vide
argentum uiuum ab argen-	anhelorum
to uero separat 222	astrantia 125
argentum (uiuum) preci-	atramentum sutoriu, 447
pitatu quomodo fiat 462.	atribili varios affectus tollit
aliter 462. vide Mercu-	547. vide bilis atra.
rius.	auditui prodest 118, 195
aqua cosmet. ex argento vi-	auditus grauitas 421
uo 277	auena destillata 39.310
arida quomodo maceretur	auena stramen 99
123	aues allicere 143
arida quando & quo mo-	aurea aqua 217
do destillanda 128. & de-	auriginem depellit 224
inceps.	auripigmenti oleum 408
aromatum maceratio 123.	auripigmenti sublimatio
aromatum vim conseruare	474
223	aurium dolorib. 501, 502
ex aromatibus oleum quo-	aurium fluxus 394
modo extrahatur 316	aurium noxa medetur 422
arsenicum, vide auripig.	aurium tinnitus 59.419
artemifite uinum 547	aurium vermes interimit
arthritidis r. 193. 360. 363.	423
393. 415. 484. 518. 538.	auri multip. usus 256
articulorum vitis prodest	auri spiritus 17
362	aurum dissoluere 452. 459.

I N D E X

254.		balsamum verum interyē	
aurum potabile 132.135.147			367
152.248.233.		balsami veri nota	371
aurum quomodo purgatur		belzoi oleum	347
253		de ben oleum	335
B		benedicta	173
Balneum Mariae	29	benedictum balsamū	400
attenuat	30	benedictum oleum quomo	
balnei M.fornacis descrip-		do fiat	322
tio	46	berchile quid	87
balnei M.laus 82.83 tract		beronica	207
atio in genere,46. quomo		berylli spiritus	172
do calefiat	47	betonica vinum	547
balsamum qualis vox	365	bilem corruptā purgat	210
balsama qui liquores dican		bilis adustionem tollit,	156
tur 370.et dein.		bilis atra r.210. vide Atra	
balsammelcon	374	bilis.	
balsami destillatio 377.375.		bilis atra r.158.210.228.468	
balsama arte composita 376		bilis amara, ibidem.	
de balsamo vero, & anti-		Boracis vis contra calculū	
balsamis	365	vesica	41
balsama quæ extra corpus		bubo	185
usurpantur,	400	buglossatum vinū, 547.548	
balsamū ad cicatrices	401	C	
balsamū Dornstetteri	399	Cadauera conseruantia r.	
Bartolomæi 382.Lully	394.	118.385	
Petri Aponens.	383.	cacum alembicum	78
		calculis	

I N D E X

- calculus* r. 210. 214. 231. 232. 234. 239. 350. 381. 392. 419. 422. 424. 431. 435. 437. 459. 460. 484. 505. 547. 571.
- calculus vesicae*, vide in vesica 294
- calesfaciētia* r. 211 233-375. 417
- caloris præter naturam* r. 54. 58. 67. 246-
- calorem nativum confortat* 117
- caliginis oculorum* r. 311
- calx oleo restincta* 415
- camphoræ aqua* 55. 56
- camphoræ oleum* 55
- camphoram dissolvere* 117
- cancris* r. 75. 150. 242. 263. 329. 358. 392. 458
- cancrorum lapides* 39
- ut candela etiam in aqua ardeat* 454
- caniciem excludens* 118
- rardans* 563
- canis rabidi morsus* r. 75. 120.
- cannabis folia* 310
- cantharidum aqua* 69
- capilli*, vide crines.
- capillos augere* 311. *regione-* re 240. 501. *longos facere* 294
- capillorum colorem mutare* 275
- ad capillos & alios pilos tingendos aqua*, 293. & deinceps.
- capillos virides facit*, 296.
- capillorum defluuij* r. 311
- capnisti oleum* 13. 363
- è capisci siliquis oleum* 482
- aqua ex lacte caprino* 74
- caponum aqua* 235. 236. 237
- capitellum quid* 25. 77.
- capitis dolorum reme.* 118. 150. 193. 218. 221. 233. 435.
- capitis infirmitatis* r. 217. 244.
- capitis scabiei* r. 240. 263. vide *ulcera capitis*
- carbones quales esse debeant* 28.
- carbunculi* r. 392. vide *anthrax.*
- cardiaca* 193. 557

I N D E X

<i>carne decoquere</i>	116. 117.	<i>vires innumeras possidet</i>	
	208		152
<i>carnium destillatio</i>	51. 52.	<i>de chelidonia essentia ex-</i>	
<i>quinta essentia</i>	163	<i>trahendis</i>	152. & <i>dein-</i>
<i>carnis mortuae remedia</i>	392	<i>ceps.</i>	& 157.
<i>carnem producit</i>	312	<i>chelidonia diuersorū liquo-</i>	
<i>à corruptione conseruat</i>		<i>rum vires</i>	156. & <i>dein-</i>
	222		159.
<i>cassiolella</i>	270	<i>chelidonia lac colligere</i>	537
<i>cataplasmata</i>	313	<i>chiragra r.</i>	193
<i>catula aqua</i>	72	<i>cholericorū r.</i>	209. 227. 548
<i>centaurij minoris aqua</i>	210		552.
<i>cepa aqua</i>	54	<i>chrysocolla</i>	41
<i>cera vasa vitrea illinere</i>	94	<i>Chymistica quid</i>	5
<i>cerasorum aqua</i>	54	<i>cibaria omnia à corrup-</i>	
<i>visulorum, ibid.</i>		<i>tione conseruat.</i>	222.
<i>è cerasorū nucleis oleū</i>	483	<i>cicendula</i>	11
<i>cerebri affectuum r.</i>	117	<i>ciconia aqua</i>	73
<i>cerebrum calfacientia, r.</i>		<i>per cineres destillatio,</i>	300.
	203. 423.	<i>& deinceps.</i>	
<i>Cōfirmantia</i>	220	<i>cinnamomi maceratio</i>	123.
	224. 233. 329.	<i>oleū</i>	352. <i>aqua, & destil-</i>
<i>cerebri imminuti remediū</i>		<i>landi modus, ibid. &</i>	354
	209	<i>cicatricum r.</i>	401. 469. 502
<i>cerebri membranas contu-</i>			504.
<i>sas sanat</i>	303	<i>cicatricem inducit</i>	360
<i>cerussa, vide plumbum.</i>		<i>cicatrices delent r.</i>	351. 381.
<i>chelidonia</i>	32. 139. 147		

I N D E X

- euti assimilans* 75 *conceptum promouētia* 358
circulatio, eiusq; usus & 415. *confortans* 56
praestantia 155. 198. 199 *concoquens r.* 370. 559. 576
cutri succus quomodo destil- letur 105 *concoctionem promouentia*
 209. 217. 233. 562
claretum, vide vinum. *Constantinopolitana aqua vi-*
claua 76 *ta* 226
clauis philosophorum 148 *consumens r.* 575
cælo stellas infigere 35 *contractorum r.* 73. 227
coitum auget 118 *cordis affectuum rem.* 224
colicorum r. 188. 193. 436 383
 469. 488. 515. 546 *cor roborantia* 61. 118
colli affectuum r. 389 159. 254. 267. 329. 552
collisionis lapidis uel baccu- cordis substantiam illumi-
li in corpore r. 389. 392 *nat et confortat* 255. *Synce*
colorem bonum facientia ram reddit 257
 209. 210. 211. 246. 277. 563 *à corde aquam depellens r.*
Vide in Facie 388
columbinum stercus, 40 *cor. tremoris r.* 68. 246
comitialis r. quem & epi- corpus totū roborātia r. 165
lepsiam, & caducum et 389. renouās, 393. extenua-
malum morbum appellāt tum confortans. 385
 53. 54. 59. 68. 115. 193. 118 *è corticibus olea* 352
 130. 210. 215. 233. 240. 242 *cosmetica non improbantur*
 256. 376. 380. 385. 389. 393 275
 415. 417. 421. 423. 447. 538 *cosmetica aqua earūque*
 576 *differentia, ibidem.* &

I N D E X.

<i>dein.usque ad</i>	201.	<i>decoctiones in aceto,</i>	539.
<i>crines, vide capilli & pili.</i>	2		541
<i>crines auro similes, ut fiant</i>		<i>dei gratia dicti potus</i>	569
	293	<i>dei manus</i>	570
<i>ex croco oleum</i>	326	<i>dētes dealbantes aqua</i>	457.
<i>crustas sanat</i>	120	194.275.457	
<i>crystallinus globus</i>	100	<i>dentes purgans</i>	296, 380
<i>cucurbita quid</i>	76	<i>dentibus vtiler.</i>	388
<i>cucurbita quomodo luto</i>		<i>dentium dolores mitigātia</i>	
<i>muniantur</i>	94	58.119.118. 208. 210	
<i>cucurbitas balnei pāno in-</i>		<i>pro dentium doloribus r.</i>	
<i>duunt</i>	94	214.294.224.358.395. 423	
<i>cuprum dealbat</i>	500	453.501. 514	
<i>cutim abstergens r. 220</i>	495	<i>dētes infirmos, corruptos, et</i>	
	501.502	<i>concauos curās & clari-</i>	
<i>cutis infectionum r. 358. ma-</i>		<i>ficans remed.</i>	215
<i>cularum 290. fissurarum</i>		<i>dentium putredinē tollit</i>	214
	484. 502	<i>dentium vermes eradicare</i>	
<i>cutim albam reddēs r. 300.</i>			294
<i>albā et subt. 277. 280. 286</i>		<i>destillandos liquores qui de</i>	
<i>mollem</i>	120.	<i>scripserint 21. 22. 23. 24</i>	
<i>cyanei preparatio.</i>	476	<i>destillatio quid</i>	25
		<i>destillatio, vide liquor</i>	
		<i>destillatio eiusq̄ differentie</i>	
D		<i>in genere</i>	25
<i>Dadi quid</i>	370	<i>destillatio optima mixtio</i>	
<i>demoniacos iuuat</i>	415		198
<i>de decoctis</i>	538		<i>destilla-</i>

I N D E X.

destillatio quædã inest mete oris & animantibus à natura	25.26	quore aliquo infusorũ	122
		& deinceps	
destillatio quo ordine ascen dentium liquorum, quo rum alij alijs respondent elementis, fiat	26.28	destillatio ex tempore,	306
		destillatio è succis	38
destillationem omnem ma teria contrita, super faces suas refusa repeti, consul tum	38	destillatione vulgari odor & sapor remediorũ per ditur	32
destillationis repetita vis augetur præsertim in cra ssiorib.	39	destillatorum liquorum u sus multiplex tum in re medica, tum aliàs	43
destillatio quot modis fiat	27	Diabetæ r.	193
destillatio per ignem graui ora reddit	30	dianthos	178
destillatio per ascẽsum quid	25	digerentia 375 417.485.	
		digestio	95
destillandi modus per descẽ sum 296. & deinceps.		digestionis tempus	100
destillatio quæ à putredine fit medicis fugienda	97	dioptra descriptio	91
destillata vapore aquæ calẽ tis qualia	305	diploma Galeni	46
destillatio aridorum in li quore aliquo infusorũ		dolores mitigans r.	488
		dormientia membra exci tans r.	338
		dyscrasiam alterat	216
		dysenteriam excitans	84
		curans	553
		E	
		Ebrium reddere	310
		elementa cuncta in quin	

I N D E X.

<p>tam essentiã permutare 154.155 elementaris materia quo- modo conuertatur in in- elementarem 142 elixir vitæ 159.257 elleborus 133 cum elleboro aqua 248 ellebori catapotium 525 ellebori nigri succus 519 530.526 empyreuma quomodo sepa- retur 104 epilepticorum r. Vide in Comitiali. esthiomeni r. 475 esula lac quomodo colliga- tur 537 euphrasia aqua 262 excrementosam materiam consumens r, 417 exhilarare, Vide in Hilari- tate 278 experientia requiritur cū iudicio 20 exvirtuare & excorpora- re quid 19.</p>	<p>exulcerationum r. 361 F Faciem ornantes aqua, vi- de Cosmetica. ad faciei formam r. 282.283 292 faciei colorem bonum fa- cientia, vide in colore. ad faciei colorem r. 275. nito- rem & colorem 224.227 faciei candorem concilian- tia r. 69.73.115.209.220 281.289.391.473. Colorem roseum 279.292 faciem purgantia 223.500 ad faciei lentigines re. 278. 406. maculas, 69.120. 209,275.278.280.284.285 286. 287. 288. 329. 391. 406. molestias 283. pan- nos 329. scabritiem 275. 278 faciei nitorem concilians r. 273.278.281.283.450 faciem clarificant re. 114. 289.293.294. à Sole præ- seruant</p>
--	--

I N D E X.

- uant	275	ex floribus oleum,	325
ad faciei rugas r.	497.	squā florum quinta essentia quo	
mas	277	modo extrahatur	161
faciem odoriferā reddens r.		ad flores uteri remedium	
	391		119
fascini r.	470	fœcundas mulieres reddēs r.	
febris r.	58. 67. 74. 119. 150		119
	193. 209. 210. 227. 233. 243	è fœno oleum	484
	244. 246. 338. 358. 379. 385	fœniculi aqua	261
	389. 431. 433. 437. 469	de fomentis 512. quomodo	
	507. 529. 559	adhiberi debeant 514. et	
fermentatio	96	deinceps	
ferrea vasa probantur	87	de fornacibus 28. 87. &	
ficorum remedium		deinceps	
	165	fornax balnei M. 46. ace-	
per filtrum destillatio,	27	die	48
104. & deinceps	106	Fornaces ad olea extrahen-	
simus equinus	29. 144	da 317. 319. ad oleum un-	
	145	niperi 343. ad destillandū	
fimi equini vsus	51. 153	per cineres 301. 302. 303	
fistularum remed.	67. 75	ad vitrioli oleum	440
	150. 252. 262. 329. 389. 392	alia 433. ad rosas destil-	
	395. 398. 426. 465. 475	landas 63. 64. 65. 66. si	
	484	quid per ignem validum	
flatus discutientia re.	60	destillari debet 88. et de-	
	546	inceps.	

I N D E X

<i>fortis aqua</i>	44 450	<i>Gallici morbi remed.</i>	227
<i>fortis aqua species nonnullae, earumque compositio</i>	451 452. & deince. 426		359. 425. 463. 464. 468.
	465. ubi separationis aqua vocatur		525
<i>folia quae odore carent quomodo destillentur</i>	47	<i>in Gallico morbo purgatio</i>	205
<i>fraga quomodo destillentur</i>	56	<i>gangrana remed.</i>	426
<i>fragrantia requiritur summa in quinta essentia</i>	135		464
<i>è fraxini cortice liquor</i>	57	<i>Geber. Arabs quid destillatione sentiat</i>	31
		<i>gemmarum liquores,</i>	459
<i>fraxinum oleum</i>	360	<i>ad genitalia nimis calefacta</i>	150
<i>ad frigidos affectus r.</i>	227	<i>r.</i>	150
	277. 396. 419. 422.	<i>gentiana</i>	200
<i>ex fructibus oleum</i>	332	<i>gentiana aqua</i>	125
<i>frumenti oleum</i>	335. 484	<i>gibberis inunctio</i>	538
<i>furfurum r.</i>	224	<i>gingivae confirmans r.</i>	380
G		<i>gingivae curans</i>	209
<i>Gagatis oleum</i>	415	<i>ad glandulas r.</i>	280
	418. 421	<i>glutinais</i>	375
<i>Gallicana aqua</i>	278	<i>goacomax</i>	368
		<i>gonagra r.</i>	419
		<i>gravidis nocens</i>	119
		<i>guaiacum oleo abundat</i>	
			315
		<i>gummi</i>	

I N D E X.

<i>gummi preparatio ad destil-</i>	<i>helxinee aqua</i>	57
<i>lationem</i>	345	<i>Henricus piger quid,</i>
<i>ex gummis oleum</i>	345	47
<i>gummi ex aqua</i>	216	<i>hepar, vide Iecur.</i>
<i>gummi purgantia quomo-</i>		<i>hepati utiliter</i>
<i>do exhibeantur,</i>	537	<i>ad hepatis obstructioes</i>
<i>gutta rosacea</i>	115	158. 234. 234. 571
<i>gutta r.</i>	193. 209.	<i>herbarum virtutes extra-</i>
211. 224. 227. 243. 263. 295		<i>here</i>
	338. 393	116
<i>gutturis affectus</i>	389	<i>herbarum quinta essentia</i>
		161
H		<i>ex herbis oleum</i>
		324
<i>Hemorrhoidum rem.</i>	252.	<i>herbae et flores quando col-</i>
	374. 389	<i>ligi debeant</i>
<i>ad hemorrhoid. tumores</i>		32
	562	<i>hermetis vas</i>
		80. 141
<i>Halicaccabi acinorum a-</i>		<i>hieracij minoris aqua</i>
<i>qua</i>	57	57
<i>vinum</i>	547	<i>hilaritatem inducentia</i>
<i>hecticorum reme.</i>	166. 386	115
	393	118. 165. 208. 225. 227
<i>hederæ baccarum oleum</i>		254. 548. 571. 577. <i>uide</i>
	484	<i>melancholicorum re-</i>
<i>ex hederæ lignis oleum</i>	358	<i>med.</i>
		<i>hircinus sanguis.</i>
		40.
		69
		<i>hirundinum aqua</i>
		232
		<i>hominem ab omni corrup-</i>
		<i>bb</i>
		2

I N D E X.

<i>tione praeservantia</i>	156	<i>lecoris remed.</i>	68
	164.188 190		193.172.223.246.257. Vi-
<i>hominem semimortuū re-</i>		<i>de Hepar.</i>	
<i>creans r.</i>	156	<i>Ignem attenuare</i>	29
<i>humani excrementi aqua</i>		<i>Ignis ad destillandū ex qua</i>	
<i>75.oleum</i>	406	<i>materia sit, refert</i>	27
<i>ad humores malos</i>	223.246	<i>Ignis qualis esse debeat ad</i>	
<i>adustos</i>	548	<i>rosaria</i>	308.309
<i>humores superfluos restrin-</i>		<i>Ignis sacri r.</i>	241
<i>gens r.</i>	394	<i>Ignis calorem innoxū red-</i>	
<i>humores pellens remed.</i>		<i>dere</i>	149
	244	<i>Ilei remed.</i>	193. 208.
<i>hydropis r.</i>	75 209.210		469.488
	224. 233. 241. 246. 338	<i>Impetiginum rem.</i>	171.335.
	393.437.419.544.571		357. 484. 500. 501. 502
<i>hydrops hypofarca,</i>	193		504
<i>hydrorosarum</i>	13	<i>ad Inflammationem,</i>	61
<i>hyperici oleum</i>	485. et de-		67
<i>inceps</i>		<i>Ingenium acuumt re.</i>	115
<i>in hypocaustis germanorū</i>			208.220.563
<i>destillatio</i>	99	<i>Insanorum reme.</i>	436.523
<i>hyssopi aqua</i>	58		548
		<i>ad Intestinorum fluxū</i>	62
		<i>vitia</i>	223
		<i>Intybi aqua</i>	58
		<i>Inula vinum</i>	542
<i>Iasminum</i>	482		
			<i>Ioan-</i>

I N D E X.

<i>Ioannis Braceſci ſentētia de</i>	131. 133. 156. 159. 168. 178
<i>quinta eſſencia</i>	138 . 189. 248. 282. 291. 329. 387
<i>Ioannes de Rupe ſciſſa quan</i>	393. 500. 576
<i>do claruerit</i>	23
<i>Iracundiã remittēs remed.</i>	L
	225 <i>Lac deſtillatum</i> 39. ad bo-
<i>Iris</i>	125 <i>racem</i> 41
<i>Ireos puluis</i>	265 <i>Lactis aqua uſus</i> 76
<i>Iridis radicum aqua,</i>	212 <i>lac coagulare</i> 394
<i>ſuccus</i>	535 <i>lac Virgineum</i> 170
<i>Iridis vinum</i>	544 <i>ad lachrymas oculorum co</i>
<i>Iſchiadis r.</i>	393. 419. 453 <i>hibendas</i> 56. 115. 209. 261
	485. 488 262
<i>Iuncturarum affectus</i>	<i>lachrymas extraherelignis</i>
	117 537
<i>Iuniperi bacca</i> 126. <i>earum-</i>	<i>ex lachrymis oleum,</i> 345
<i>dem aqua</i> 211. <i>oleum</i> 334	<i>ad letitiam r. vide in Hila</i>
	487 <i>ritate.</i>
<i>Iuniperi gummi deſtil</i>	347 <i>lapis philoſophicus</i> 159
<i>Iuniperi è lignis oleum</i>	357 <i>lapis, vide Veſica.</i>
<i>deſtillatum per aſcenſum</i>	<i>lapides confringēs aqua</i> 39
& <i>deſcenſum</i> 339. &	& <i>deinceps</i>
<i>deinceps</i>	319 <i>lapides diſſoluere,</i> 452
<i>ex Iuniperi vernice oleum</i>	<i>laſtitudinis r.</i> 120
	331 <i>ad laterum dolores</i> 150. 436
<i>Iuuentutem conciliant con</i>	<i>laterum ignitorū uſus</i> 350
<i>ſeruant ac reſtaurant r.</i>	115 <i>lauendulæ florū oleum</i> 331

I N D E X.

lauendula aqua	58.265	liquor, vide aqua & destil- latio
ex lauri baccis oleum,	334	
	487	liquores destillati quid dif- ferant à suis simplicibus
laxare	217	33. an retineant vires pri- stinas 35. vires eorum in genere 32
laZuli, vide Cyanem		liquores qui similem suis simplicibus, quiq; dissimi- lem vim retineant 35. 36
ad lentiginis faciei	115. 483	liquorē ab omni re eiusdē facultatis effici posse 37
vide etiam in facie		liquorum inuentio et oleo- rum 6. & deinceps.
leporis pellis	40	Lullius quando claruerit 23
ad leprā seu S. Lazari mor- bum r.	57. 118. 159. 165 190. 209. 256. 257. 380 393. 425. 431. 449	lumbricos necantia r. 118 208. 221. 244. 419. 423. Vi- de vermes.
lepram auertentia	225	lumbricorum oleum 504
	228	lumborū doloris r. 117
lethargi r.	436	lupi abscessus r. 119. 150. 263 295. 392. 475
lichem in facie r.	251. 252	lutare quid 92
lien, vide splen.		luti preparatio 93
lienis r.	117. 151. 437	lutum sapientie 84. 92
ad lienis dolorem	417	lymphaticorum r. 469
inflammationem	246	
obstructionem	234	
ex lignis olea	317. 356	
limonum succus	42	
destillatus per filtrū	106	
lingua vsum restituens r		
54. 165. 208		
lippitudinis r.	299. 458	

I N D E X

M	mel cum destillatur ne re-
<i>Maceratio</i> 95	• dundet 311
<i>macerationis tempus.</i> 124	<i>Melus sanguis</i> 69
	125 <i>melissa</i> 207. <i>Vinum eius</i>
<i>macularum r.</i> 483	542
<i>Vide in facie</i>	<i>membra alleuians re.</i> 339
<i>macrum reddens r.</i> 221	<i>corroborans</i> 242. <i>exhi-</i>
<i>ex maialis sang. aqua</i> 245	<i>larans</i> 243. <i>lasi curans</i>
<i>maniacorum r.</i> 116. 523. 193	117
548	<i>ut membra absque dolore</i>
<i>margaritas soluere</i> 310	<i>incidantur</i> 448
<i>mater balsami</i> 173. 399	<i>memoriam augent, confir-</i>
<i>mater remediorum</i> 197	<i>mant vel restaurant re.</i>
<i>matricē cōfirmans re.</i> 358	115. 208. 224. 396. 423 435
<i>matricis suffocatio</i> 385	<i>mensēs promouentia r.</i> 56
<i>obstructio</i> 234	119. 210. 208. 244. 365. 423
<i>medicamentis quibusdam</i>	<i>sistens rem,</i> 150
<i>compositis, cur eulogia</i>	<i>Mercurius, vide Argenti</i>
<i>addantur prolixa</i> 19	<i>uiuum.</i>
20	<i>Mercurius vegetabilis</i> 144
<i>medici boni & eruditi eli-</i>	148
<i>gendi</i> 17	<i>Mercurius intra corpus</i>
<i>melancholicorum remed.</i>	<i>quomodo detur</i> 471
116. 156. 386. 436. 469	<i>Mercurij puluis, siue Mer-</i>
521. 548. 562. 571. 577. vi-	<i>curius precipitatus aut</i>
<i>de hilaritatem inducen</i>	<i>rubens</i> 465. 466. 467
<i>cia</i>	470

I N D E X.

<i>metalla singula in omni me- tallo</i>	168	<i>moribundos restituere uel iuuare</i>	157.393
<i>ex metallis diuersis aqua</i>	449	<i>morpheæ r.</i>	120.165
<i>metallorum destillat.</i>	29	<i>ad morsus venenosos reme- diis</i>	211
<i>metallicum oleum quomo- do fiat</i>	408	<i>moschatae nucis oleum</i>	488
<i>ex metallis olea</i>	407	<i>de moschatae nucis cortice (macis vocant) oleum</i>	
<i>metallica olea grauiora</i>	408	<i>Mures necans r.</i>	300
<i>metallorum quinta essentia</i>	169	<i>musæ cornuta</i>	79
<i>metalla in lapidem conuer- tere 159. resoluero 310. se- parare</i>	451	<i>muscas interimunt re.</i>	116
<i>metallica vasa cuncta im- probantur</i>	84.85	<i>è myrpsica nuce oleum</i>	209
<i>mixtio quæ lentè fit proba- tur</i>	200	<i>myrrha oleum</i>	488
<i>à morbo vel infirmitate li- berantia r.</i>	158.163	<i>myrrha loco balsami ponti- tur</i>	145
<i>ad morbos siue corruptio- nes omnes 156.169.178 430.433.435.408. præfer uans</i>	551		369
<i>ad morbos omnes ex pitre dine nascentes re.</i>	470	N	
		<i>Nares ulceratas fouere</i>	515
		<i>ad narium obstructions</i>	423
		<i>narium fætori r.</i>	224
		<i>nasus quid</i>	25.77
		<i>naturam augmentari re- med.</i>	5.6.233
		<i>naturam</i>	

I N D E X

<i>naturam recreans r.</i>	560	227.260.252.294.436
<i>confortans</i>	386	<i>ad oculorū affectus omnes</i>
<i>nectar, vide vinum</i>		258
<i>neruos confirmat remed.</i>		<i>oculos corroborant r.</i>
209. 233. 240. 329. 395		62
495		159
<i>ad neruorum affectus,</i>	117	<i>ad oculorum caliginem,</i>
386		449
<i>ad neruorum resolutionem</i>		<i>oculos rubentes & caligan</i>
242		<i>tes emendāt r.</i> 115.193.209
<i>ad neruos contractos,</i>	393	<i>rubentes</i>
<i>neruorum dolentium rem.</i>		259.261
358.398.417		<i>oculorum dolentium re.</i> 68
<i>ad noli me tangere r.</i>	295.	150.241.337.392.458
389.392.395.475		<i>ad oculorum fluxus</i>
<i>nubes magnas facere</i>	150	118
<i>nucem iuglandium aqua</i>		<i>oculorū inflammationem</i>
58		<i>r,</i>
<i>ex nubibus moschi oleum</i>		62
<i>quomodo fiat</i>	321	<i>ad oculorum lippitudines</i>
		<i>r.</i>
		259.261
		<i>oculis tumidis & lippis r.</i>
		311
O		<i>ad oculorum maculas r.</i> 56
<i>Obtusionis r.</i>	417	118.258. 261. 262. 307. 365
<i>obstructionum r.</i>	580.118	449
435		<i>ad oculorum suffusiones seu</i>
<i>ad oculorum affectus r.</i>	223	<i>catarractus r.</i>
		259.307
		423.454
		<i>ad oculos ulcerosos r.</i>
		311
		<i>odor suauissimus omnium</i>

I N D E X.

quinta essentia ex aqua ardente	143	oleum ab aqua quomodo separetur	340
odor quomodo concilietur destillandis	33.50.51	oleum odoratum	355
odoratum liquorē reddere	12.6	oleorum metallis extractorum vis	407
de odoratis aquis & deinceps.	263	oleum benedictum	313
odorifera aqua & deinceps.	267	oleum sanctum	164
odorata aqua Andrea Furnerij 270. & deim.		olea destillata miscentur	406
odorata aqua ex tempore	265	oleum quomodo exprimitur	480
de oleis diuersis vide etiam balsama.	479	opobalsamum 375. factitium	376
oleorum differentie	312	orchis aqua	59
oleum omnibus rebus mixtis inest 313. omnibus lignis	315	ad Orthopnœnam r	519
de oleis destillatis in genere 312. & deinceps.		ad oris vitia 224435446.	
olei in balneo M. destillatio	49.50	orisputredinē extrahens r.	215
oleum de nonnullis arboribus quomodo fiat	323	ossa educens r.	405
		ossibus fractis r.	119
		oua fracta coqui posse in aqua vite	120
		oua soluere	310
		ouorum testas facere per aera volare	149
		ouorū oleum quomodo fiat	
		500.501.321. & deinceps	

I N D E X.

ouorum quinta essentia	dia 117.193.197
	163 passulae quomodo preparari
ozenis r.	224 da ad purgandum, 538
	Patauy monumentum 8
P	pectoris abscessus rumpēs r,
Palpebrarum tumoris r.	519
	261.262 ad pectoris affectus, 243
palpebras inuersas emendat	298 pectoris caliditatem reprimens r. 216
panni maculas aufert, 459	pectoris humores depellens
	500 remed. 60
pannus ardens ne comburatur	149.457 pectoris siccitatem emendans 216
parabola	100 pectoris vulnera ex causa calida consolidans 216
paralyticis lauandis aqua	204 pectori dolenti remed. 221
paralysis r. 54.115.164.165	pectoris nocet plumbum
194. 204. 220. 233. 240	83
243.244.277.294.329.338	pectoris obstructo r. 93
358.389.393.395.400.415	pectoris salubre r, 209
423. 417. 419. 436. 437	pectus mollificans r. 233
	485 penetrans r. 417
parietaria	40 pellicanus 141.80
paronychia	515 persicorum aqua 60
paroxyfmi rem. 54.58.215	peftis r. 57.59.69.178.186
	385.417 188.203. 210. 225. 246. 358.
ad passiones frigidas reme	431.469, 471. 506. 539. 565

I N D E X.

<i>petralis aqua</i>	239	<i>phreniticis r.</i>	209.233
<i>petroselinii aqua</i>	60	<i>phthysicorum r.</i>	210.393
<i>phlegmaticorum r.</i>	562. 571	<i>plagarum r.</i>	170, 210
<i>pica aqua</i>	73	<i>plantaginis aqua</i>	60
<i>pili, vide Capilli & Crines.</i>		<i>planta quo tempore colligē</i>	
<i>pilos dealbans remed.</i>	295	<i>de</i>	161
<i>pilos prolixos faciens,</i>	295	<i>pleuresis</i>	436
<i>pilos prohibens renasci</i>	72	<i>Plinij locus examinatus</i>	
<i>pilos remouens</i>	233		250
<i>Pilularum extractio,</i>	532	<i>plumbi oleum</i>	424
<i>ex Pimpinella seminibus o-</i>		<i>plumbi qualitas nocet</i>	83
<i>leum</i>	339	<i>plumbi quinta essentia</i>	170
<i>ex Pineis nucleis oleum</i>	345	<i>plumbum philosophorū</i>	170
<i>pinguem faciens r.</i>	221	<i>podagra r.</i>	193. 419. 495
<i>pisces alliciens</i>	423		496
<i>pisces à putredine seruatiā</i>		<i>porcellana quomodo soluan-</i>	
116. 117. 208. 222.		<i>tur</i>	43
<i>pituitam capitis emendan-</i>		<i>porriginis r.</i>	120. 224. vide
<i>tia r.</i>	118. 210	<i>Furfur.</i>	
<i>philosophica aqua</i>	227	<i>portulaca, sedi & aliarum</i>	
<i>philosophorum oleum,</i>	417	<i>succum extrahere</i>	536
<i>phlegma fals.</i>	115. 156	<i>de Preparatione ad destil-</i>	
<i>phlegmaticos humores con-</i>		<i>lationem</i>	95. & diuerso
<i>sumens r.</i>	216	<i>eius nomine.</i>	
<i>phlegma separans</i>	104	<i>ut Prauenias morbos.</i>	472
<i>phlegma curas</i>	120. 158. 329	<i>ptisana intempestiue exhi-</i>	
	398	<i>bita mortis causa,</i>	17
		<i>ad</i>	

I N D E X.

<i>ad Pudendorum abscessus</i>	<i>pyretri radice aqua,</i>	214
<i>- aqua</i>		204
<i>puerperis utile</i>		237
<i>pulegy aqua, cum salvia</i>		211
<i>pulmonem purgans r.</i>		423
<i>pulmonis r. 68. 156. 158.</i>		246
		558
<i>punctiones sanat</i>		208
<i>purgantia r</i>		532. 436
<i>purgantia destillata probatur</i>		247
<i>purgantia quomodo per liquorem exhibeantur</i>		537
<i>de Purgantibus medicamentis compositis</i>		246
<i>purgantis electuarij ex tracti descriptio</i>		533
<i>pus expurgans r.</i>		321
<i>pustulas sanantia</i>		56 224
<i>putrificatio</i>		96
<i>putrificatio in fimo equino</i>		98
<i>putrificatione indigent crassa, densa, sicca, cruda</i>		101
		102
<i>pyretrum</i>		126
	<i>putrificationis varia genera</i>	99
	Q	
	<i>Quinta essentia quid,</i>	131
	<i>quinta essentiae effecta</i>	132
	<i>deinceps.</i>	
	<i>virtus</i>	136
	<i>de Quinta essentia remediorum</i>	131. & deinceps. quomodo extrahatur 136. & deinceps. quomodo facilius, et minore sumptu extrahatur 144 & deinceps aliter per uas vitreum, 146 per fimum, 145
	<i>quinta essentia quomodo fiat</i>	305. Eius ex vino extractio 141. 147. ex plantis quomodo efficacior 162. a fructibus 160. & deinceps. metallorum, 168. 169. simplex 132. composita 132
	<i>quinta essentia chelidoniae mellis</i>	147. frigida 148
		149

I N D E X.

<p>quinta essentia scriptores 562 - 131.136.137.</p> <p style="text-align: center;">R</p> <p>Radicum essentia quinta 161</p> <p>radices sicca macerata a- quam reddunt eiusdem fa- cultatis 212</p> <p>radicum qua in vino destil- lantur enumeratio 212</p> <p>raphani sylvestris aqua 214</p> <p>raporum aqua 60</p> <p>rapi succus 536</p> <p>receptorium quid 25 .77.80</p> <p>rectificatio, per repetitam distillationem 103.108</p> <p>rectificatio aquae in balneo Mariae distillata 103</p> <p>rectificatio liquorum destil- latorum 103</p> <p>refrigerans r. 552</p> <p>regy morbi r. 351.389</p> <p>vide Aurigo, Ictericus.</p>	<p>renes calfaciens r. 562</p> <p>ad Renum dolores 208. 417</p> <p>obstructionem 437</p> <p>ulcera 240. calculos, vide in Calculo</p> <p>reptilia interimere 116</p> <p>per Resina destill. 307</p> <p>rhabarbari extractio 531</p> <p>ad Rheuma 388. 436.</p> <p>roborans remed. 485</p> <p>329</p> <p>Roborantia cor, vide supra</p> <p>roris aqua 129. 130</p> <p>collectio, distillatio, & re- ctificatio, ibidem. praestan- tia ibidem</p> <p>rori per se vis quaedam me- dicandi inest, ibidem.</p> <p>rosarum distillatio 32 297.298</p> <p>aqua 60.274</p> <p>quot modis apparetur. 62</p> <p>63</p> <p>rosae unica distillatio suffi- cit 38</p> <p>rosarum siccarum aqua 127</p> <p>rosarum aqua composita</p>
---	--

I N D E X

cum alijs	266.267	sanguinem concretum ob	
de Rosarijs	307. & deim.	casum aut ictum solvere	
rosaceum oleum eiusq; præ-			68.190.423
paratio	491 & deinceps	sanguinem generans	560
rosmarini è floribus oleum		sanguinem sistere	60. 62
328: quomodo fiat	330. vi-		244. 338
cem gerit balsami	371	sanguinem è naribus sistens	
ruberta	338	r.	437
ad Ruborem faciei	389	sanguinem purgantia r.	151
rugæ faciei quomodo tollā-		156. 193. 210. 211. 227. 240	
tur	69. 275. 280. 368. Vide		246. 255
in Facie.		sanguinem nutriendi r.	118
rupturam corporis sanat			159
	338	sanguine humano uti cum	
rutaceum oleum	331	remedijs, non consultum	
è Ruta seminibus oleum			164
	337	ex Sanguine humano a-	
S		que quatuor	164
		sanguis humanus	132
Salis oleum	425. preparatio	139. 148. sublimatus,	165
476. usus	52. 102. 163. 166		166. 163
	252	sanguinis humani quinta	
salvia aqua	67	essentia	162
salviæ aqua et pule.	211	sanguis humanus allegori-	
de Sambuci floribus oleum		ce	167
	495	ad Sanem ulcerum	312
sanguineis utile	552	sanem digerit	464

I N D E X

<i>Sanitatem corporis conser-</i>	<i>serpentes interimens r.</i>	380
<i>nans r.</i>	193.208.210	<i>serpentina</i> 113
<i>Sapientia oleum</i>	417	<i>serpiginis remed.</i> 484.501
<i>sapo:us aqua quomodo fiat</i>		504
	107	<i>siccantiar.</i> 417.552.575
<i>ad Scabiem r.</i>	117.120.209	<i>sigillum Hermetis</i> 94
	211.224.240.338.357.389	<i>sium sedantia</i> 256.445.552
	425.435.500.529.546	553
<i>ad Scabiem capitis</i>	295	<i>solani aqua</i> 67
<i>scabiosa aqua</i>	67	<i>solificari</i> 135
<i>ad scabritiem</i>	406	<i>in Sole destill.</i> 145.100
<i>scilla destill.</i>	299	<i>solis calorem mitigare</i> 150
<i>scopus operis</i> 12. & deinceps		<i>somnifera aqua</i> 238
<i>scorpionum cinis</i>	39	<i>somnum facilem praestantia</i>
<i>ex Scorpionibus oleum</i>	505	233.243.436.
& deinceps		<i>spasmi r.</i> 119.158.380.415
<i>per Scorius destill.</i>	306. con-	419.423.436
<i>tra Scrophulas,</i>	208.280	<i>specula caua</i> 100
<i>scdi minoris aqua</i>	67	<i>spica oleum</i> 331.495
<i>ex Seminibus quedã olea,</i>		<i>superat omnes odores</i> 328
<i>ex Raimundo</i>	336.332	<i>ex Spica olei modi tres</i> 326.
<i>seminum maceratio</i>	123	& deinceps 328
<i>senectam differunt re.</i>	131	<i>spiritus confortat r.</i> 218
	159.165.189.190	<i>spiritus partium principa-</i>
<i>separationis aqua, Vide For</i>		<i>lium augens r.</i> 360
<i>tis aqua</i>		<i>spiritus figere</i> 159
<i>sermonem restituit re.</i>	437	<i>splenicorum r.</i> 360

I N D E X

<i>ad Splenis aposte.</i>	423. hu		460
<i>mores separandos</i>	210. ob-	<i>de Sublimatis quibusdam</i>	
<i>structionem,</i>	193. 571	<i>solidis</i>	460
<i>vitia</i>	223	<i>succini oleum</i>	424
<i>per Spongiam aquae arden-</i>		<i>de Succis quibusdam,</i>	519
<i>tis destillatio</i>	III	<i>& deinceps.</i>	
<i>sponsae solis oleum</i>	337	<i>sudorem prohibens re.</i>	150
<i>sputum attenuans re.</i>	216	<i>promouēs</i>	60. 516. 517. 536
<i>stellas caelo insigere</i>	35	<i>suffitus</i>	516. & deinceps
<i>stercus per os eicientes r.</i>		<i>sulfur</i>	121. 425
	469	<i>sulfuris oleum</i>	426
<i>stomacho nocet plumbum</i>		<i>quomodo fiat</i>	426
	83	<i>ut clarescat</i>	427
<i>stomachum inaniens re-</i>		<i>superfluitates desiccans re-</i>	
<i>mediū</i>	210	<i>mediū</i>	255
<i>stomachi r.</i>	118. 150. 151	<i>ad Surditatem</i>	389. 194
	217. 221. 267. 431. 436. 546	<i>synanches r.</i>	115
	547.	<i>syncopa r.</i>	393. 556
<i>stomachum confortantia r.</i>			
	61. 150. 193. 202. 256. 552	T	
<i>553. 557. purgantia</i>	233	<i>Talpa aqua</i>	263
	241. 244. 388	<i>tartari oleum</i>	497
<i>stranguria r.</i>	393	<i>& deinceps</i>	
<i>strumas abolens r.</i>	402	<i>ex Tartaro oleum sublima-</i>	
<i>de Styrace oleum</i>	348	<i>tum</i>	351
<i>sublimare</i>	79	<i>Tecolithus</i>	39
<i>sublimatio quomodo fiat</i>		<i>tenesmir.</i>	120. 365

I N D E X

<i>tenaciantia</i>	375. 485	436. 575	
<i>terebinthina oleum</i>	348	<i>Tyri caro</i>	133
<i>ne ebulliat</i>	349		
<i>tergens r.</i>	375	V	
<i>terrea vasa bona</i>	84	<i>Vasa quomodo claudantur</i>	
<i>tetanicis r.</i>	415	<i>& muniantur, tum luto</i>	
<i>thoracis r.</i>	201. 558	<i>tum aliter</i>	92. 93
<i>thoracis intemperiem frigi-</i>		<i>vasis (ad extrahendā quin-</i>	
<i>dam emendantia</i>	216. 365	<i>tam essentiam ex plantis)</i>	
<i>thoracis vulnera ex frigi-</i>		<i>descriptio</i>	162. vide in For-
<i>da causā consolidat</i>	216	<i>nacibus.</i>	
<i>tiliae florum aqua</i>	68	<i>vasis (ad distillationem per</i>	
<i>tineam capitis curantia</i>	117	<i>descensum (descriptio)</i>	297
	194. 227	<i>de Vasorum materia ad de-</i>	
<i>ad Tremorem membrorum</i>		<i>stillandum</i>	82
	395. 436	<i>vasorum et instrumentorū</i>	
<i>tribuli, id est trifolij odor</i>		<i>ad distillationem descrip-</i>	
	267	<i>tio</i>	76. 77. 78. 79
<i>tristitia r. vide hilaritatem</i>		<i>vasorum ad distillandum</i>	
<i>inducentia.</i>		<i>aquā vitæ diuersa forma</i>	
<i>tuberculorū r.</i>	277. 280. 361		108
<i>tumorum r.</i>	120. 246. 280	<i>vasorum optimorum ordo</i>	
	486		85. 86
<i>turbulentis aquas purgare</i>		<i>vasorum orificia aperiēs &</i>	
	104	<i>purgans re.</i>	118
<i>tussilaginis folia</i>	519	<i>venarum ora aperiens</i>	423
<i>tussis remed.</i>	227. 243. 519	<i>venas cordis temperans</i>	156
		<i>vene-</i>	

I N D E X.

<i>venenorum</i> r. 56. 69. 116.	280. 447. 450. 465
127. 156. 158. 165. 187. 193	<i>ad Vesicas cholericas</i> , 171
200. 224. 241. 246. 248. 332	<i>ad Vesica ulcera</i> 240
337. 370. 380. 395. 409. 424	<i>vesicæ lapidem constringē-</i>
436. 447. 471. 506. 507. 551	<i>tia</i> 39. 42. 54. 57. 69. 75.
<i>Venerē excitans</i> r. 490. 571	119. 172. 196. 208. 230. 310.
<i>ad Ventriculi vitia remed.</i>	<i>in Vinaceis destillare</i> , 141
223	<i>vini destillatio</i> 309
<i>ventriculum confirmans et</i>	<i>quo ordine fiat</i> 28
<i>calefaciens</i> r. 490	<i>vini destillati perfectē iudi-</i>
<i>ventriculum confirmantia</i>	<i>ciū ad quintam essentiã</i>
118. 120. 227. 517.	141
<i>ad Ventriculos frigidos</i>	<i>è Vino turbido aut corrup-</i>
398	<i>to, efficax fit aqua vitæ</i>
<i>pro Ventris doloribus</i>	107. 145.
211. 221	<i>vinum aromaticum ad cui-</i>
<i>Ventris fluxum sistentia</i>	<i>tis ornatum</i> 277
217. 244. 370. 436	<i>vinū ne corrumpatur</i> 125
<i>verbasci florum oleum</i>	121 <i>ne conturbetur</i> 121
496	<i>vinorum vitia emendās</i> r.
<i>vermes interimentia,</i>	222
117. 209. <i>vide in lum-</i>	<i>vinum corruptum, pen-</i>
<i>bricis.</i>	<i>dulum, acetosum, putre-</i>
<i>vermes expellentia</i> 119. 120	<i>factum restituitur</i> 121. 116
<i>vertiginis reme.</i> 193. 417	208
435	cc 2
<i>verrucas abolentia</i> 252	

I N D E X.

DE VINIS MEDI-	556. & deinceps. cum a-
catis quæ intra corpus su-	qua ardente 573
muntur. V. vinum	V. inulatum 549
designat.	V. è iuniperi baccis 550
Vino sapes & odores di-	V. laxatiuum 559. 564
uersos quomodo concilies	V. Maluaticum factitium
121. 122	578. cum aqua ardente
Vina medicata in genere	573
quomodo fiât 542. & de-	V. mulsa aromatica 561
inceps. ut diu seruentur,	V. Muscatellum factitium
ibidem.	574. 579. rubrū, ibidem.
V. alchandicum 561. de al-	Nectar 559. 566. 569. &
kakengi 547. Alsaticum	deinceps.
factitium 575. Aroma-	V. passulata 554
tica diuersa 554. 555. 570.	V. è prunis syluestribus 552
Aromatica cū aqua ar-	V. raspaticum 552. 571. cum
dente 572. quæ sacculo in	aromatibus 554
vase suspensio sunt	575 V. Rhaticum factitium 574
& deinceps.	V. de Romania factitium
V. borraginatum 548	578
V. caryophyllatum 575	V. saccharatum 560
V. è cerasis visulus 551	alchandicum 561
V. clareti genera varia 561.	V. senescentium 562. 563
& deinceps.	V. Zedoarticum 571. 572
V. crocatum 577	violatum oleum 496
V. Gracum factitium 578	vires restituumt 163. 165
V. Hippocratica diuersa	235. 355
	vires

I N D E X.

<i>vires quorūdam in super-</i>	430.431.434.437		
<i>ficie, aliorū tota substan.</i>		<i>vires eius</i>	433.435
<i>diffusa</i>	36.37	<i>uiuificans aqua Lully</i>	
<i>virgæ vlcerum r.</i>	151.464		387
	465	<i>ad vlcera gutturis, palati,</i>	
<i>virtus vniuscuiusq; rei la-</i>		<i>gingiuarum</i>	454
<i>tet in quinta essentia</i>		<i>ad vlcera siccanda,</i>	447
	134		462
<i>virtutum aqua</i>	189.217	<i>ad vlcera renum et vesica</i>	
<i>& deinceps usq; ad 225.</i>			240
<i>visum acuentia, clarifican</i>		<i>vlcera ne serpant r.</i>	466
<i>tia, confirmantia, conser-</i>		<i>ad vlcerosum sensum,</i>	
<i>uantia</i>	210.220.257		119
	258.261.262.293.299.450	<i>vlcerum remed.</i>	58.59
	563	75.117.119.165.224.358.359	
<i>vitam producentia</i>	132.190	389.392.404.411.426	
	211	486.501	
<i>ad Vitrariorum encausta-</i>		<i>ad vlcera pudendorum rc.</i>	
<i>rum vsum aqua ardens</i>		118. capitis 500. puero-	
	108	<i>rum 503. putria</i>	252
<i>vitrum</i>	40	<i>ad vlcerum dolores</i>	502
<i>vitrea vasa optima</i>	84	<i>vomica nucis aqua</i>	127
<i>de Vitrioli adustione,</i>	445		128
	446	<i>vomitum arcentia</i>	62.436
<i>vitrioli quinta essentia</i>	172	<i>vomitum prouocantia</i>	128
	446		187
<i>vitrioli oleum</i>	428.429	<i>vrina humana destill.</i>	75

I N D E X.

<p>310.459 <i>urinam mouent aut retentam ducunt</i> 60.196.208 233.256.419.422.431.547 552 <i>uteri r.</i> 227.518. <i>ad uteri dolores</i> 68.392.417. <i>fluores</i> 119. <i>suffocationem</i> 415 <i>uteri fluxionem promouēs remed.</i> 237 <i>uterum expurgans r.</i> 210 <i>ad Vvam humore flacci-</i></p>	<p style="text-align: right;">119</p> <p><i>vulneribus curandis, vel glutinandis r.</i> 58.120.165 194.209.211.223.273.338 368.373.380.389.392.398 400.472.485.486 503 <i>ut Vulnera exiccentur</i> 170 <i>ad Vulnera abluenda,</i> 243 <i>Vuluar.</i> 151.210</p> <p style="text-align: center;">Z</p> <p><i>Zedoaria vinum</i> 542</p>
---	--

F I N I S.

TIGVRI PER ANDREAM

Gesnerum F. Anno Domini

M. D. LIIII.

















Faint, illegible text in the top left corner, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

...m h' e h' e r' i
scandalu' . Sen
iudicem' . Sed
...m h' q' . m n
d' n' . o m m' H



...m m' e' c' u' s' t' o' d'
...m' b' . l' e' a' q' . q' u' e'
...p' u' s' c' o' . Q' u' i
...m . h' o' n' o' r' i'
...l' l' u' p' d' e' r' .

...e' m' u' e' r' e' g' a'
...m' e' n' t' . R'
...l' d' e' o' e' n' i'
...e' r' e' m' i' t' a' t' e'







